J N Duyssen 1781.

82 - - 10 - „

PETRI RELANDI

Jureconsulti & Judicis,

FASTI CONSULARES,

ad illustrationem Codicis Justinianei ac Theodosiani secundum rationes temporum digesti, & auctoritate scriptorum atque lapidum antiquorum confirmati.

Ad quos Appendix additur

HADRIANI RELANDI,

qua Fasti ex codd. MSStis depromti & consules in Pandectis memorati continentur.



TRAJECTI BATAVORUM.

Ex libraria GULIELMI BROEDELET.

CIƆIƆCCXV.

VIRO SPECTATISSIMO
ET GRAVISSIMO

JACOBO AKERSLOOT,

J. U. D.

URBIS HARLEMENSIS

SYNDICO

HADRIANUS RELANDUS

S. D.

Quum nupero vere in hortos me suburbanos recepissem, in quos uti facilis ita frequens excursus est quoties mihi vacatio datur muneris Academici, & per areolas temere deambularem, conspectu arboris unius pomiferae, ad quam me casus deduxerat, haud mediocriter me perculsum memini. Consita illa ad ripam piscinae leni clivo devexam, quae ab altero ducta fluvio qui propter urbem nostram fluit, aquis lim-

 pidissi-

pidiſſimis ſolum humectans aeſtuum ca, lorem temperabat, cui nec ars quicquam aut natura negaſſe videbantur quo ab noxa defenderetur, quaeque paucis ante diebus gemmas agere coeperat certam ſpem germinis habentes, tunc viſa languere, & tempeſtate, ut reor, afflicta, non ita multo poſt emarcuit. Noſti equidem, Jacobe Akerſloti, Vir Ampliſſime, non me illum eſſe qui re adeo levicula perturbari conſueverim; ſed, ut recens erat quod acceperam graviſſimum vulnus morte cariſſimi fratris mei, & animo, inprimis dum ab hominum conſortio ſecretus ſe ipſe colligit, abſentis memoria obverſabatur, videbar mihi ante oculos imaginem illius cernere quem in ipſo aetatis flore exſtinctum dolebam. Fructus ſibi ab illo ad magna & praeclara ſurgente uberrimos uterque noſtrum promiſerat: & ipſa veſtra civitas quam de eo ſpem conceperit teſtata eſt, quum probata ejus integritas & prudentia paucis ante obitum menſibus id praemii retulerit, ut praeſidis perſona ei ſuſtinenda data ſit in collegio judicum in quod paullo ante fuerat adſcitus. Rei

li-

literariae quam utilis esse potuerit, hoc ipsum Fastorum volumen ostendit; ex quo ad leges quidem Romanas praecipuum, verum & ad omne illud quadringentorum annorum spatium, quorum memoria hoc libro colligata est, emolumentum dimanat. Hunc industriae suae foetum ante alios luci exponere statuerat, & in eo ornando occupabatur, tam contento studio, etiam postquam morbo erat mortifero affectus, ut admonitu amicorum averti ab instituto debuerit. Sed aliter visum est Deo, qui haud ita diu post, ingravescente indies malo & tabe pulmonum, procul eum a terra & rebus humanis abripuit: quas & tu ipse & ego deserentem vidimus tanta animi constantia & aequabilitate, ut non migrare e vita sed ex hospitali loco ad aeternam domum evolare videretur. Adeo intrepide fatalem horam prospiciebat, diemque quem multi ut extremum reformidant (quod nihil esse vitam aliud autument quam corporis pascendi licentiam) veluti natalem aeternitatis opperiebatur. Dudum animo suo proposuerat venturum id tempus esse quo nu-

dum, uti receperat, natura remitteret; quo ſolverentur hae membrorum compages, periretque illud omnino, cujus tantam plurimi curam gerunt ac ſi hujus modo cauſa natos ſe eſſe crederent. Mentem vero iſti non in alios ſibi uſus a Deo conceſſam exiſtimant, quam ut miniſtra ſit voluptatum corporis & ſerva ineptiarum. Nullo ſe noſter angi mortis inſtantis metu, ſed ſcire ſe Soſpitatorem ſuum vivere, qui ſanguinis ſui fructum percepturos tales affirmavit qualem ſe eſſe certis indiciis noverat, aperte prae ſe ferebat. Tibi ipſi abunde perſuaſum eſt non fuiſſe hanc temerariam opinionem, quae per animos hominum pervadit quando uſuram hujus lucis ſibi ſentiunt eripi, licet via vivendi quam ſunt ingreſſi vix aliquid nomine Chriſtiano dignum referat; ſed ſpem ex intimo ſenſu conjunctionis cum Chriſto natam. Hunc qui amat, atque adeo voluntati ejus ſanctiſſimae morem gerere ſtudet; qui ducem, qui amicum, experitur greſſus ſuos dirigentem, ne genius hujus ſeculi ab uno illo quod eſt neceſſarium mentem incautam avertat, hilari animo

mo hanc ſarcinam deponit, & laxatus cu-ſtodia corporis, quod invitum terrae affi-xit, in ſublime fertur, ut cum Chriſto bea-tus aevo ſempiterno fruatur. Quae quum ita ſe habeant, non eſt cur dubitem quin tuo nomini inſcribi lubens hoc opus poſthumum feras. Quod etiamſi non tam arcto nexu te frater meus attigiſſet, qui te avunculum nuncupavit, nec interioris amicitiae vinculo tibi junctus fuiſſet, ae-quum erat hoc in tuo nomine apparere, qui non civibus modo tuis lucem inge-nii & conſilii tui porrigis, ſed univerſo populo Batavorum; ſic ut amorem tibi omnium & exiſtimationem conciliaveris qui hanc rem publicam conſervatam & auctam cupiunt. Quod porro, ſi quis alius, juris & legum diſciplinam & bonas artes literaſque ames atque promoveas, & (ſi de me ipſo denique hoc addere li-ceat) quod tantum erga me benevolentiae conferre ſoleas ac ſi ipſe in familiam tuam inſertus eſſem, haec quoque faciunt ut ſummo jure hoc animi mei pignus ad te transmittam. Hoc ergo fruere, dum illo frui ulterius non datur qui incerta ac trepi-

da

da vita solutus quiescit; & dum per rem publicam licet, deriva partem aliquam in hos veteris aevi fastos curae & contemplationis tuae: quos, si sapient, non nihilo aestimabunt etiam illi qui aetatem suam universam literarum studiis non addixerunt, quoniam historiae illustrandae inserviunt; nec ullum est eruditorum hominum genus quod rebus publicis magis est necessarium, etiamsi reliquis partibus doctrinarum carere velint aut possint, quam historicorum. Fac valeas, Vir Spectatissime, meque ames. a. d. II. Id. April. CIϽIϽCCXV. Trajecto ad Rhenum.

PETRI

HADRIANI RELANDI

PRAEFATIO.

Faſtos veteres attuliſſe nobis rerum plurimarum cognitiones, quae antea tenebris involutae lubricas aut nullas temporum notas habebant, adeo certum eſt quam quod certiſſimum. Ex illo tempore quo viri eruditi illis illuſtrandis atque emendandis manum admoverunt & nummos lapidesque veteres cum iis conferre aggreſſi ſunt, nova facie & firmo corpore conſpicua ſe obtulit hiſtoria, teſtis illa temporum ac magiſtra vitae; & res innumerae ante nos geſtae quaſi poſtliminio ad ſedes ſuas quas in annalibus habebant & clariſſimam lucem redierunt. Finem ſibi eundem propoſuit hujus libri auctor, diſciplina juris eruditus, adeoque non alienam ducens ſtudiis ſuis legum illuſtrationem ex iis quae veteres nobis membranis aut ſaxis inſcripta reliquerunt. Manus quidem extrema non acceſſit huic lucubrationi, quae ſine dubio, ſi vita ſuppeditaviſſet, auctior prodiiſſet pluribus monumentis, quae indies protra-

huntur in lucem, aut in lucem olim protracta hactenus ei non innotuerant. Verum quicquid id eſt quod luci publicae exponitur, magno uſui eſſe poteſt non iis tantum qui prudentia juris animum excolunt ſed illis etiam qui in hiſtoria & rationibus temporum verſantur.

Id quidem ut paucis oſtendam, attendi velim ad operam ab auctore hujus opuſculi poſitam in veris conſulum nominibus indagandis, adeoque annis etiam & notis temporum quae hinc dependent. Verbi gratia, quum nonniſi uno vel altero nomine conſules notentur in codice Juſtinianeo, faſtis Idatianis & aliis, veluti Aemiliano & Baſſo, Praeſente & Albino, omnino utile eſt reliqua etiam noſſe nomina, primum quod τὸ ἴδιον vocat Plutarchus in vita Coriolani, alterum nomen οἰκίας ἢ γένȣς κοινὸν, & ſi quae porro plura quam tria nomina geſſerunt, quod ex inſcriptionibus antiquis aut hiſtoricis aequalibus fieri debet, quandoquidem ſaepe iidem conſules latent ſub aliis nominibus. Quare viri docti ſaepe conqueruntur nomina conſulum ſe legere, quae nusquam in faſtis comparent, quum ſi omnia conſulum in faſtis memoratorum nomina nobis nota eſſent, omnino illi in faſtis legerentur. Nec eſt quod ſtatim ubi conſules aliquos certi anni legimus, nec illos

los in fastis cernimus, suffectos illos fuisse dicamus. Illustrabo quae dixi ex Frontino lib. I. de aquae ductibus: *quod opus Claudius magnificentissime consummavit dedicavitque Sulla & Tutiano Coss. anno post* V. C. DCCC. *sexto kal. Augusti.* Andreas Schottus observationum humanarum lib. III. cap. 8. ad haec notat. *Hi duo consules non reperiuntur in consularibus fastis. In Pomponii Laeti editione legitur Suilio & Titiano Coss. Jucundus Veronensis reposuit Sulla & Tutiano. Itaque ex utroque lego Sulla & Titiano. Jo. Obsopaeus ex Tacito legendum putabat ut Pomp. Laetus, nam C. Antistius & M. Suillius hoc anno, inquit, coss. fuerunt. Non sequor. Ii autem quos modo dixi consules in fastis Capitolinis reperiuntur anno post R. Cond.* IↃCCIV. *Faustus Sulla & Salvius Otho, qui L. Salvius Otho Titianus appellatur, ut ex inscript. fratrum arvalium Romae olim a Fulvio Ursino evulgata cum rei rusticae commentariis apparet*

ADFVERVNT. A. VITELLIVS. M. APONIVS SATVRNINVS. OTHO. TITIANVS.

En multiplicem usum collatorum hoc modo fastorum cum lapidibus veteribus. Ratio temporum illustratur; contextui Frontini sua manet integritas temere sollicitato;

vera consulum nomina produntur, & lapides ipsi atque historici veteres vicissim a fastis lumen accipiunt, quod Schottus in iis quae adjicit evidenter ostendit.

Sic Victor Tununensis Anastasium synodum congregasse scribit *Gibbo V. C. Consule*. At eidem anno consules ab aliis tribuuntur Johannes & Asclepio. Gibbus nempe ab Johanne diversus non est; quum dicatur Johannes Gibbus. Erat autem recepta consuetudo, ut e tribus pluribusve nominibus illud quod proprium erat, quodque ultimo loco poni solebat illa aetate (nam temporibus liberae rei publicae aliter se res habuit) usurparetur compendii caussa. Sic Hieronymum appellarunt qui Sophronius Eusebius Hieronymus dictus est: sic consulem Antoninum, qui est Quintus Haterius Antoninus: sic Liberium, qui Petrus Marcellinus Felix Liberius in actis concilii Arausicani II. dicitur: atque ita passim etiam in Codice Justinianeo & in fastis Idatianis aliisque nonnisi uno nomine consules notantur. Hoc quoque confusionem auget, quod quidam consules facti aut honores adepti aliud nomen adsciverint, uti Messala, consul anno aerae Christianae 506, Ennodius dici voluit, de qua re epigramma extat Magni Felicis Ennodii, episcopi, lib. 11. epigr. 32. Ita & Stra-

Strategium ante dictum voluit Constantinus Musonianum appellari teste Ammiano xv. 13. licet quidam eum prisco Strategii nomine semper nuncupent. Adscribi merentur verba Julii Capitolini in vita Maximi & Balbini. *Haec epistola probat Pupienum eundem esse qui a plerisque Maximus dicitur nomine paterno; siquidem per haec tempora apud Graecos non facile Pupienus, apud Latinos non facile Maximus, inveniatur, & ea quae sunt gesta contra Maximinum modo a Pupieno modo a Maximo acta dicantur.*

Ipse sacer codex illustratur, & labefactata ejus auctoritas ab hominibus impiis quod contraria certissimis scriptoribus tradere videatur, hac ratione fulcitur. Matthaeus cap. xiv. 3. Herodem testatur duxisse uxorem fratris sui Philippi. Josephus Herodem illum, non Philippum, nuncupat. Quidni credamus eundem Philippum & Herodem dictum esse? Qui Josepho Archelaus dicitur, Dioni Cassio lib. lv. Herodes nuncupatur. Berenice in inscriptione veteri Attica in Sponii miscellaneis filia Julii Agrippae vocatur, quem alii Herodem Agrippam appellant. Et ut per Herodes ad consules nostros redeamus, Herodes consul fuisse legitur in Chronico Alexandrino anno vi Antonini Pii. Fasti Florentini At-

&c. Dio init. vitae Antonini Caracallae, Μετὰ ταῦτα ὁ Ἀντωνῖνος πᾶσαν τὴν ἡγεμονίαν ἔλαβε. *Postea Antoninus omne imperium adeptus est.* Eusebius l. VI. histor. eccl. cap. 16. κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου, *tempore Antonini filii Severi.* Ita & Zosimus historiar. l. I, In appendice ad marmora Oxoniensia pag. 304. & hoc conspicitur

ΟΙ. ΘΕΙΟΤΑΤΟΙ.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕϹ. ϹΕΟΥΗΡΟϹ.

ΚΑΙ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ. ΤΟΙϹ.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙϹ.

Oppianus lib. I. Cynegeticôn

Αὐσονίου Ζηνὸς γλυκερὸν θάλος, Ἀντωνῖνε,
Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτεύσατο Δόμνα Σεβήρῳ.

Ausonii Jovis dulce germen, Antonine,
Quem magna magno peperit Domna Severo.

Idem lib. I. halieuticôn.

--- γαίης ὕπατον κράτος, Ἀντωνῖνε.

--- *terrae suprema potestas, Antonine.*

Quod enim Georgius Syncellus & alii, decepti ut videtur communi pluribus Imperatoribus nomine Antonini, Oppianum ad tempora Marci Aurelii Antonini referant, re-

refutatione non indiget. Appellatur idem *Magnus Antoninus* a Paullo JCto, quod *Magnus* & *Alexander* appellari voluerit, uti Schottus notat obſervationum humanarum lib. III. 19. In inſcriptione a Sponio memorata pag. 394. nomen Severi etiam habet diciturque *M. Aurelius Severus Antoninus*.

Verum nec alii deſunt qui Antonini nomen ἁπλῶς tribuunt Commodo filio M. Aurelii philoſophi. Philoſtratus in vitis ſophiſtarum lib. 2. Ἀντωνῖνος δ᾽ ἦν αὐτοκράτωρ ὁ τοῦ φιλοσόφου παῖς. *Antoninus factus eſt Imperator, filius philoſophi.* Quid? quod ipſe M. Aurelius, qui Marcus dicitur nullo alio nomine adjecto, Antoninus vocetur, quemadmodum & cui Marcus ſucceſſit, Antoninus Pius. Pauſanias lib. XVIII. cap. 43. de Antonino Pio. Ἀντωνῖνος δὲ ἐφῆκε . . . . ἀπέλειπε δὲ καὶ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ παῖδα ὁμώνυμον. Ὁ δὲ Ἀντωνῖνος οὗτος ὁ δεύτερος καὶ τοὺς τε Γερμανοὺς καὶ τὰ ἑξῆς. *Antoninus autem permiſit . . . . Reliquit autem in imperio filium ejusdem nominis: hic vero Antoninus ſecundus Germanos &c.* Atque ita Commodus dicendus fuiſſet Antoninus tertius. Quod ſi veteres Romani Antoninos, & Conſtantios Conſtantinosque nota numerali diſtinxiſſent, uti nunc Pontifices Romanos aut Imperatores Regesque ejusdem nominis ſolemus,

 mul-

multum confusionis & scrupulorum sustulissent.

Quod si non unum Antonini nomen datur Imperatoribus, sed plura junguntur, necdum certum est quis illis nominibus indicetur. Sic *Marcus Aurelius Antoninus* appellatur Marcus, qui & philosophus, Commodi pater, in Fastis ad A. V. C. 913. & alibi. Dein post hujus mortem praenomen Marci, abjecto Lucii, assumsit Commodus, & ipse dictus est *M. Aurelius Antoninus*. Praeterea & Caracalla nuncupatur M. Aurelius Antoninus ab Eutropio lib. VIII. 11. Censorino de die natali cap. XVII. & in marmoribus vetustis compluribus. Elagabalus quoque ab Eutropio lib. VIII. 13. iisdem nominibus vocatur: *creatus est post hos Marcus Aurelius Antoninus. Hic Antonini Caracallae filius putabatur.* Dio Cassius etiam notavit eum a quibusdam Marcum Aurelium Antoninum dictum fuisse. Ita & in catalogo Hieronymiano scriptorum ecclesiasticorum de Julio Africano, *sub Imp. M. Aurelio Antonino qui Macrino successerat.*

Alterum nomen, quo Marcus Aurelius Commodi pater nuncupatur, *Verus* nempe, ambiguum quoque est, ut ἁπλῶς scriptum vel huic detur, vel collegae ejus Lucio. Lucius nomine *Veri* solo indicatur & a col-

a collega ſuo *Marco* diſtinguitur a Lampridio: *quid Pio ſanctius quid Marco prudentius, quid Vero ſimplicius.* Ita Ammianus lib. XXVII. 6. *Principem Marcum qui Verum adoptivum fratrem* &c. Ita & in inſcriptione columnae Antonini, nuper erectae, & ab amico noſtro, Joanne Vignolio, cui cura bibliothecae Vaticanae eſt, luculenter illuſtratae, legitur

DIVO. ANTONINO. AVGVSTO. PIO.
ANTONINVS. AVGVSTVS. ET.
VERVS. AVGVSTVS. FILII.

Sic in lapide veteri Cantharopolitano

AVGG. IMPP. ANTONINO. ET. VERO.

Hoc par Auguſtorum dicitur Zoſimo (uti & Graecis plerumque ſcriptoribus) hiſtor. l. I. & Juliano in Caeſaribus pag. 312. ἡ τῶν ἀδελφῶν ξυνωρὶς Βῆρος καὶ Λούκιος. Euſebio, hiſtor. eccleſ. lib. IV. 15. Μάρκος Αὐρήλιος Οὐῆρος, ὁ καὶ Ἀντωνῖνος, σὺν καὶ Λουκίῳ ἀδελφῷ. *Marcus Aurelius Verus, qui & Antoninus, cum Lucio fratre.* JCti illos nuncupant Divos fratres, Divos Marcum & Verum, Marcum & Lucium Imperatores. Praeterea Lucius, qui & Verus nonnunquam dicitur, aut, uti a Dione Λούκιος Βῆρος, aliquando nomen Commodi

modi gerit (erat autem Lucii Commodi filius, teste Dione), quod jam notavit frater meus ad A. V. C. 906. quamvis Imperator Commodus vulgo dictus diversus sit ab illo & post eum imperaverit.

Et ipsum illud Veri nomen in Severi abiisse notavit Salmasius ad Lampridium pag. 114. quo refert quod in Theophili institut. de excusat. legitur οἱ θειότατοι ἀδελφοὶ Σεβῆρος καὶ Ἀντωνῖνος. Illud enim θειότατοι ἀδελφοὶ Divos fratres indicat, hos nempe: sic ut illic pro Σεβῆρος legendum putet Βῆρος. Qua in re ego quidem viro maximo non assentio, quoniam si Βῆρος illic legeretur, praeponeretur Verus Antonino, quum soleant Divi fratres Antoninus & Verus dici: e contrario Severum & Antoninum videmus saepius conjungi in scriptis JCtorum & catalogo Hieronymiano scriptorum ecclesiasticorum, non fratres, sed patrem Septimium Severum & filium Antoninum qui vulgo Caracalla dicitur, quod etiam confirmatur ex contextu Latino institutionum, sic ut illud ἀδελφοὶ male sit additum, quod & in quibusdam codicibus Graecis non legitur.

Erunt tamen forsitan qui Verum fratrem M. Antonini philosophi Severum etiam nuncupatum fuisse sibi persuadebunt, quia M. Antoninus in libro I. τῶν εἰς ἑαυτὸν §. 14. scribit, didici παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ μου Σευήρου *a fratre*

tre meo Severo : ubi Scaliger & Salmaſius Ὀυήρȣ legendum cenſent, at non perſuadent Gatakero , cujus rationes vide. Et pro iis etiam hoc facere poteſt quod in codicibus Ammiani lib. XXIII. 5. manuſcriptis legitur *Trajanus & Verus Severus* , ubi *Verus ac Severus* vulgo nunc editum extat, quod & ego praetulerim.

Quod ſi plura nomina uni conſuli tribuantur, & modo hoc modo illo nuncupetur in monumentis veteribus, & in ipſis Faſtis, facile intelligitur leges, quae videntur diverſis conſulibus datae, ad eosdem conſules & annos referri poſſe , quod uſum habere inſignem nemo inficiabitur. Scribit quidem Eminentiſſimus Noriſius, qui, ſi quis alius, faſtos luculenter illuſtravit, in epiſtola conſulari pag. 475. *Quoties conſul plura cognomina ferebat , poſtremo tantum in faſtis ſignabatur.* Verum, quamvis non negem ita plerumque fieri , non deſunt tamen exempla huic canoni contraria. Ita Gratus Sabinianus conſul anno aerae vulgaris 221. in quibusdam faſtis Gratus , in aliis Sabinianus, nuncupatur. Anno 238. faſti eundem modo Pontianum modo Proculum vocant: anno 146 Claudium Severum alii Claudium, alii Severum: anno 226 Alexander appellatur in faſtis quibusdam qui in aliis Severus. Adeoque quoniam modo hoc

modo

modo illo nomine nuncupantur utile eſt omnia nomina conſulum ſcire, & hac ratione ad medicinam legibus faciendam accedere.

Praeterea quum ſaepe aliqua nomina omittantur ex tribus quatuorve aut pluribus quae unus habuit, utile eſt omnia nomina illius conſulis indagare ne quis diverſos putet, quum apud hunc ſcriptorem legit unum aut duo nomina alicujus conſulis, & apud illum nomen aut nomina quae plane diverſa ſunt ab iſtis quae antea legit. Idem eſſe vir, idem conſul, poteſt cui & haec & illa nomina conveniunt, uti idem Cicero idem Marcus Tullius dici poteſt. Idem Lampridius, idem Aelius Spartianus, uti vir maximus Claudius Salmaſius in notis ad Vopiſcum ſuſpicatur pag. 427. Ita Gothofredus in proſopographia Codicis Theodoſiani & Pagius in Critica annalium Baronianorum ad annum 362. obſervant in inſcriptione veteri SATVRNINIVM SECVNDVM appellari qui SALVSTIVS aliis dicitur, praefectus praetorio Galliarum, quia Romani ab hiſtoricis & in uſu vulgari loquendi quibusdam quandoque cognominibus appellabantur, quae eis nunquam in inſcriptionibus actiſque publicis attribuuntur. Qui confert inſcriptiones veteres his faſtis inſertas exempla colligere plura poterit ex

quibus

quibus id confirmabitur. Nec utilitas modo hujus rei se ad fastos & consules solos extendit. Ipsi libri veteres auctoribus suis hac ope vindicantur. Quis nescit Philomelam inter carmina Ovidii Nasonis legi? Peponem pro corde habet qui elegantissimi illius poëtae foetum hunc esse existimat. Nec unquam loco tam alieno lecta fuisset, si omnia nomina illius scriptoris, Albius nempe Ovidius Juventinus (uti in Cujaciano codice nuncupatur) cognita fuissent.

Fateor in fastis Onuphrianis & aliis unicuique consuli plura nomina dari: sed ex conjecturis fere omnia, quod ex tali gente ortum ducere credantur, quod alii in eadem gente talia praenomina gesserint, quod in inscriptione veteri illi nomini praenomen istud jungatur, atque ita porro. Haec nimis sunt lubrica & incerta quam ut iis niti liceat. Deprehendo etiam inscriptiones a viris doctis referri ad consules ordinarios certorum annorum, in quibus nomina eorundem consulum leguntur, licet illos eosdem ac ordinarios fuisse certum non sit, & forsitan suffecti illi fuerint aut ad alium annum referendi. Possunt quidem inscriptiones illae cum fructu illis consulibus adscribi & illo anno adnotari, quamdiu non constat ad quem annum illi consules certo sint referendi, ut

aliquem

aliquem haberent locum in faſtis hiſce, & occaſio viris doctis daretur inquirendi eſſentne illi patres aut avi illorum, quos conſtat hoc nomine in faſtis legi. Sed certum non eſt, quando in lapidibus antiquis nomina duorum conſulum leguntur quae plerumque unum duntaxat nomen aut cognomen hujus & illius exhibent, & in faſtis nomina eadem inveniuntur, hos eſſe illos conſules: potuerunt enim eſſe ſuffecti, licet eadem nomina gerant atque illi ordinarii. Verbi gratia, quum lego *Rufino & Euſebio coſſ.* hoc quidem conſules anni 347 aerae vulgaris videntur indicari. Quod ſi illis addita alia nomina videam, licebitne certo ſibi perſuadere haec illius Rufini aut Euſebii nomina fuiſſe? Non putem. Lego enim in laterculo veteri praefectorum Urbis, anno 311, *Rufino & Euſebio coſſ.* Hi ſuffecti fuerunt, creditque Gothofredus tom. IV. Codicis Theodoſiani p. 7. Euſebium hunc (cujus nullam mentionem fieri in aliis faſtis obſervat: quo magis ſuſpicari licet inter paria deperdita conſulum ſuffectorum plura ejusmodi exempla latere) patrem fuiſſe Euſebii & Hypatii poſtea conſulum anno 359. & ejus conſulatum memorari l. 1. C. Theod. de annon. & tribut. *Praeter privatas res noſtras & eccleſias Catholicas & domum clariſſimae memoriae Euſebii ex conſule & ex magiſtro*

magiſtro equitum & peditum & Arſacis regis Armeniorum nemo ex noſtra juſſione praecipuis emolumentis familiaris juvetur ſubſtantiae. Conſul ergo fuerit Euſebius neceſſe eſt ante tempus quo haec Lex data eſt, *Conſtantino Aug. IV. & Licinio IV. Coſſ.* i. e. a. 315. Rupertus quoque in hiſtoria univerſali pag. 345. plura exempla notavit conſulum, qui licet diverſis temporibus vixerint eadem tamen cognomina habuerunt; & plura ex his ipſis faſtis poſſent conquiri ſi id ageremus. Hac ratione quum apud Gruterum in theſauro inſcriptionum VI. 6. legitur FALCONE ET CLARO COSS. ad conſules anni 193 Falconem & Clarum ea inſcriptio referri non poteſt, quoniam mentio in illa fit IMP. M. AVRELII. ANTONINI. PII. AVG. ET. IVLIAE. AVGVSTAE. MATRIS. AVGVSTI. & conſtat M. Aurelium Antoninum Caracallam eo anno Auguſtum non fuiſſe, ſed puerum quadriennem, ipſumque anno 196 Caeſarem deſignatum ex lap. vet. apud Gruter. CCLXVI.

SEVERI. . . . TR. POT. IIII. IMP. VIII. COS. II.
ET. M. AVR. ANTONINI. CAESARIS.

Confer Sponii miſcellan. pag. 270. ubi Patri Severo

*** TRIB.

TRIB. POT. IIII. IMP. V. COS. PRO.
Jungitur COSS. P. P. M. AVR. ANTONIN.
PRINCEPS. IVVENTVTIS.

Hic tribunicia poteſtas IV Severi Auguſti nos ducit ad annum aerae Chriſtianae 196. Tertius annus trib. pot. alibi jungitur cum *Imp.* V, & VII (qui numerus ſi recte ſe habeat, oportet in inſcriptione mox allata ex Sponio aliquid deeſſe poſt IMP. V. nam qui tertio anno tribuniciae poteſtatis Imp. VII fuerat, non poteſt anno quarto dici IMP. V.) quartus autem cum *Imp.* VIII. vide Reineſii inſcriptiones, pag. 303. Deinde anno aerae noſtrae 198. Auguſtus nuncupatur Antoninus Severi filius. vide Gruterum inſcript. MXX. 2.

IMP. CAESAR. L. SEPTIMIVS. SEVERVS. PIVS. PERTINAX. PONT. MAXIMVS. TRIB. POT. VI. IMP. CAES. M. AVRELIVS. ANTONINVS. AVG. IMP. SEVERI. AVG. FIL. TRIB. POT. PROCOS. &c.

Sic ut tribuniciae poteſtatis Antonini annus primus conveniat partim cum anno ſexto, partim cum ſeptimo, tribuniciae poteſtatis Severi. Non ergo potuit Antoninus dici Imp. & Auguſtus Falcone & Claro coſſ. ordinariis, i. eſt. anno 193. Quare probabile eſt Falconem hunc & Clarum fuiſſe ſuffectos,

fectos, quod etiam existimavit Spanhemius in opere de praest. & usu numism. quem locum video fratrem meum ad consules hujus anni 193. jam lectori suo indicasse, ut inde illustratio hujus inscriptionis peteretur.

Ut porro liqueat quam faciles in dandis huic illive consuli praenominibus quidam fuerint, observa anno aerae Christianae 152 consules ordinarios fuisse Glabrionem & Homullum. Nonnulli priorem consulem appellant Sextum Acilium Glabrionem. Nobile est nomen Glabrionum inter consules, qui in fastis octo hoc nomine ordinarii leguntur. Ipsi genus suum referebant ad Aeneam & matrem Venerem, uti notat Herodianus historiar. lib. II. 3. ἐυγενέςατοι dicti πάντων ἐυπατριδῶν. Nomen gentis Aciliae singulis ex his tribui solet, & praenomen Manii, uno excepto, consule a. 152. quem Sextum vocant, quia in veteri lapide legitur *Sexto Glabrione & C. Omollo Veriano cos.* Verum hoc non sufficit ut praenomen Sexti dari oportere Glabrioni consuli anni 152. statuamus. Nam licet Glabrio Homullum collegam habuerit, non inde consequitur hunc Homullum esse C. Homullum Verianum. Probabile est, si is hujus consulis collega fuisset, fore ut a quibusdam certe Verianus, ultimo nomine, ut solent, diceretur. Sed alia sunt majoris mo-

 menti.

menti. Junguntur Man. Acilius Glabrio & M. Valerius Homullus in inſcriptionibus duabus quas videre eſt infra ad h. a. Has duas uni opponimus, & alias quae M. Valerium Homullum coſ. memorant. Credibile ergo eſt Sexti praenomen huic conſuli dandum non eſſe, ſed illum Sextum Glabrionem & C. Omollum Verianum conſules fuiſſe ſuffectos: atque adeo priſcum praenomen gentis Aciliae reddendum eſſe huic Acilio Glabrioni, Manius nempe, quod in veteribus monumentis ita ſcribitur, ut vix a MV. aut M.V. poſſit diſcerni: quoniam ultimus ductus M literæ a baſi ſua iterum ſurſum tendit ſic ut quaſi M V repraeſentet. Ita conſpiciuntur haec literae junctae in nummis gentis Aemiliae M/. AEMILIO. LEP. Qui non eſt Mucius, ſed Manius Aemilius Lepidus. Vide Flavii Urſini familias Romanas p. 5. Goltzii Faſtos p. 121. & in nummis Aquiliorum p. 29. M/. AQVIL. M/. F. M/. N. SICIL. qui Μάνιος dicitur Athenaeo, uti ibidem notatur & Μάνιος Ἀκίλιος Plutarcho. Et in hujus ipſius gentis Aciliae nummis ita legitur M/. ACILI. Quod tamen mea ſententia debuiſſet exprimi (ſed forſitan temporis injuria lineam quae A efficeret ſuſtulit) ut ductus omnes literarum MAN. eſſent conſpicui in MV hoc modo MV Nunc enim uti A/ pro AV ſic MV pro MV poſſet accipi, uti & revera

vera a multis acceptum eſt (& in nummis nomen Mummii ita ſcribitur L. M/MMI. L. F.) qui, ut fere fieri ſolet, pro nomine Manii aut Marcum aut Mucium aliudve notius ſubſtituerunt. Attamen Manius ſcribitur tribus literis initialibus MAN. Marcus autem una. Τὰ πρῶτα τῶν ὀνομάτων οὐχ' ὁλογραφοῦσιν ἀλλ' ἢ δι' ἑνὸς γράμματος, ὡς τὸν Τῖτον καὶ τὸν Λούκιον καὶ τὸν Μάρκον, ἢ διὰ δυοῖν, ὡς τὸν Τιβέριον καὶ τὸν Κνέον, ἢ διὰ τριῶν ὡς τὸν Σέξτον καὶ τὸν Σερούιον, *Praenomina non integra exprimunt (Romani) ſed una litera, uti Titum, Lucium, Marcum, vel duabus ut Tiberium, Cneum, vel tribus, ut Sextum & Servium.* Sunt verba Plutarchi in quaeſt. Roman. p. 288. Quare omnino non placet mihi conſuetudo quae nunc obtinet, praenomen Manii notandi per M', ut a M. (i.e. Marco) diſtinguatur, quod in editione Graeviana epiſtolarum Ciceronis & aliis fieri video. Nunquam ita veteres ſcripſerunt: ſed illud M' natum eſt ex eo quod cum MAN. per compendium, de quo mox, veteres ſcriberent, in typographeis non invenirentur iſtiusmodi formae, & loco illius compendii M/ ſcripſerint, addito ſigno commatis poſt M, unde alii pro / alterius figurae comma appoſuerunt literae M' hoc modo.

Quae quum ita ſe habeant quivis facile intelligit, prudentes eſſe oportere quotquot faſtis reſtituendis aut illuſtrandis manus admovent,

 movent,

movent, ne in inſcriptionibus antiquis legentes praenomina & nomina conſulum juncta cognominibus iſtiusmodi quae in faſtis leguntur, putent nihil eſſe certius quam haec ipſa nomina conſulibus iſtis convenire. Uti enim fieri poteſt Albinum & Piſonem conſules dici, qui tamen non ſint iidem ac Albinus & Piſo conſules anno v. c. 573. ita ſi quis in lapide veteri legat A. Poſthumium Albinum, & C. Calpurnium Piſonem, non eſt quod indubium putet, haec eſſe vera nomina illorum Albini & Piſonis qui anno 573. conſulatum geſſerunt. Poteſt illud annotari, ut mea quidem fert ſententia, ad conſules anni 573, donec conſtet an & quando alii fuerint his nominibus conſules ad quos aptius ea nomina referuntur, & ratio dari ex iis quae in ipſa inſcriptione praecedunt aut conſequuntur, cur ad haec tempora videatur referenda: imo patiar & hos ipſos conſules iis nominibus, etiamſi incerta ſint, legi, donec a veris nominibus forſitan poſt hac inveniendis exturbentur hoc loco; modo moneantur lectores, unde illa nomina petita ſint, & quibus rationibus aut conjecturis nitatur, quod horum conſulum cognominibus haec adſcripta legantur. Quamvis praetulerim illorum inſtitutum, qui, ut certa ab incertis magis ſecernantur, nonniſi unum vel alterum nomen conſuli tribuunt,

buunt, quod ei convenire exploratum eſt. Graviſſime ſaepe in his errari teſtis eſt Secundus Salluſtius conſul a. 363. qui Promoti cognomen habet in faſtis Onuphrianis, Almelovenianis & aliis, quod apud Ammianum lib. XXII. legatur *Brevi deinde Secundo Salluſtio, promoto Praefecto praetorio, ſummam quaeſtionum agitandarum ut fido commiſit.* Id Valeſius notavit, *promotum* acceptum fuiſſe pro nomine, quum ſit participium.

Verum praeter nominum conſularium accuratam notitiam alteram quoque utilitatem hi faſti praebebunt, quod in Codice Juſtinianeo conſulum nomina, quae leguntur ſubſcripta, non ſint ſuffectorum ſed ordinariorum. At quis ignorat quanti interſit ſcire qui nam fuerint conſules ordinarii ſuis annis, quum ipſi anni fere haud aliter diſtinguantur quam per conſules, quare Julianus orat. II. conſulatum ἐπώνυμον τοῦ ἔτους ἀρχὴν vocat, & ſcriptores primorum a Chriſto nato ſeculorum, ſeu Chriſtiani ſeu alii, vix alio charactere annos diſtinguant quam nominibus conſulum. Joannes Dodwellus, qui ſi quis alius temporum rationem illuſtravit, inde telum depromſit adverſus Falconerium, qui Severum & Sabinianum, quos A. V. C. 908 Faſti conſules exhibent, non ordinarios fuiſſe ſed ſuffectos contendebat in inſcriptionibus athleticis, idque

probare nitebatur ex inſcriptione, quam & frater meus exhibuit in faſtis ſuis. *Hinc*, ſcribit Dodwellus, *contra faſtos omnes Pollionem inquit & Opimianum conſules ordinarios fuiſſe diſerte teſtatur hic lapis. Sed non vidit vocem ordinariis non ad priores ſed ad poſteriores duos conſules pertinere. Id conſtat ex codice Juſtinianeo, ubi extat reſcriptum (lib. 2. tit. 1.) Antonini Pii P. P.* IV. *kal. Octob. Sabino II. & Severo Coſſ. Nam ordinariorum conſulum, non ſuffectorum, nomina reſcriptis Principum adjungi ſolebant.* Ita & in faſtis veteribus probabilius eſt ordinariorum conſulum quam ſuffectorum legi: nec ilico, quum nomina conſulum faſti quidam exhibent quae non conveniunt cum nominibus conſulum, quos iſto anno fuiſſe ordinarios conſtat, credendum eſt ſuffectos conſules in faſtis pro ordinariis poſitos. Inſigne ejus rei ſpecimen dedit frater meus ad annum aerae Chriſtianae 235. ubi faſtos Florentinos luculenter illuſtravit & reſtituit. Attendit nimirum ad ſingula conſulum nomina, viditque ab anno 235 usque ad 254 conſules annis ſuis adſcriptos non quidem iis annis locum habere poſſe, nec tamen illos, uti multi alii, pro ſuffectis habendos eſſe cenſuit; ſed in nominibus conſulum, quae annis proximis adſcripta erant, invenit vera conſu-

consulum ordinariorum nomina, sic ut loco suo mota duntaxat fuerint, & in sedem pristinam restituenda, uti ipse restituit.

Praeterea utiles erunt hi fasti in numeris consulatuum dignoscendis, quod & ipsum a nominum varie lectorum ratione dependet. Nam frequenter conditores fastorum, quum eadem nomina aliquot annorum spatio secreta legerent, illis eosdem consules designari crediderunt, atque ita saepe nota geminati consulatus illis apponitur quibus non convenit: quod a fratre meo aliquoties notatum video. E contrario omissa est nota consulatus geminati, ubi adesse oportuit; sive quod suffectus is antea consul fuerit, adeoque in fastis ignoratus; sive honoribus modo consularibus ornatus, qui nonnunquam, quando ad consulatum ordinarium pervenit, iterum consul scribebatur. Poterat & ter consul scribi, etiamsi inter consules ordinarios semel tantum ejus nomen legatur: nam ita Censorinus bis consul fuit, teste Trebellio Pollione in vita xxx tyrannorum, quamvis ne semel quidem in fastis consulum nominetur. Quid? quod ter consul diceretur, qui ne semel quidem ordinarius fuisset, uti *Vlpius Crinitus ter consul* memoratur Vopisco in vita Aureliani. Hic inscriptiones lapidum & fasti veteres & nonnunquam testimonia scriptorum

 facem

facem praeferent tenebrasque dissipabunt. In numerorum notis quam facile errores irrepant, cognitissimum est, quare Justinianus l. I. C. de vet. jur. enucl. noluit per signorum cautiones codicis textum conscribi, etiamsi numerus librorum significetur aut aliud quicquam: nec enim haec per specialia signa numerorum manifestari sed per literarum consequentiam explicari concessit.

Quod si vel maxime notae numerorum in monumentis veteribus intemeratae ad nos pervenissent, necdum adeo utiles nobis essent ac voces integrae, quoniam & de illis ipsis disputant viri docti quid notaverint. Diu est quod de litera G (aut nota potius numerali ς quae ad hanc formam accedit.) quaesitum fuerit sitne pro nota numeri V habenda, an vero pro numeri VI. Reinesius illam habet pro nota numeri quinarii, adeoque ςI explicat per VI, ςII per VII &c. vide inscriptiones ejus. Contra, & mea sententia recte, Mabillonius in opere de re diplomatica pag. 215 & in supplemento pag. 95. docet illud ς natum ex Graeco ϛ notam esse numeri senarii, & inter alia ex kalendario saeculi octavi ostendit ςII K. Januar. diem natalem Christi haberi, qui VIII kal. Jan. celebratur. Verum, dicet aliquis, ipse Mabillonius in illo opere

in praefatione, pag. 27.

NOTAE NUMERORUM
usitatae apud Indos Malabares.

௧	௨	௩	௪	௫
1	2	3	4	5
௬	௭	௮	௯	௰
6	7	8	9	10

NOTAE NUMERORUM
usitatae apud Indos qui Trans Gangem in regno Brama degunt.

၁	၂	၃	၄	၅
1	2	3	4	5
၆	၇	၈	၉	၁၀
6	7	8	9	10

NOTAE NUMERORUM ARABICAE.

١	٢	٣	٤	٥	٦	٧	٨	٩	١٠
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

re ꝗ pro 5 habet, non pro 6, quum pag. 369. explicat 134ꝗ per 1355. Reſpondeo ꝗ in numeris Romanis, quales in inſcriptionibus antiquis leguntur, explicare per VI, ſed in numeris minutis, quos cifras dicimus, per V. Confer pag. 378. ubi Xꝗ reddit XVI. Nimirum ab Arabibus & nomen & formam cifrarum habemus: & illi pro nota numeri quinti vulgo quidem nunc uſurpant o (quod plane non convenit cum ꝗ aut 5, adeoque meae ſententiae eſſet adverſum) ſed olim uſurparunt notam ꝗ pro indice numeri quinarii, & notam o (quae nunc uſitata eſt nota numeri 5 apud Arabes) adhibuerunt in nota numeri denarii. Ita quod nunc 1· ſcribunt, olim ſcripſerunt 10, quod plane convenit cum noſtris numerorum notis, quos vel ex hac ipſa obſervatione liquet convenire cum Arabicis, quum illa convenientia ita detegi nequeat ſi 5 cum o, & o cum . conferatur. Adde quod Indi, a quibus Arabes illas numerorum notas acceperunt, hoc ipſo tempore notam numeri quinarii uſurpent, quae etiam forma eſt literae D apud ipſos, & plane ſimilis figurae eſt, ut & illa nota qua Arabes quaque nos ipſi illum numerum ſignamus inde originem ſuam & formam cepiſſe credi poſſit. Ut autem reliquas quoque notas numerorum Indis uſitatas unusquisque conferre

poſſit

poſſit cum noſtris cifris vulgo dictis illas tabella in aes inciſa oculis ſubjicio. Haec obiter. Quis ergo non putet debuiſſe veteres Romanos pro numeris integras voces eligere, ut ordinem aut vices vel conſulatuum vel aliarum rerum notarent. Sed nec illud tutum aliquando viſum eſt. Quum Pompejus aedem Victoriae dedicaturus foret, quaeri coeptum eſt utrum conſul tertio an tertium inſcribendum eſſet. Cicero ut rem in ambiguo linqueret voluit TERT. ſcribi: ſed pro eo III, tribus lineolis inciſis, numerus tertii conſulatus in ipſo aedificio ſignificatus eſt, uti Gellius narrat noctium Atticarum lib. X. cap. I. Hieronymus quidem Magius variarum lectionum lib. III. cap. 9. certum eſſe putat, oportere dici *tertio conſul*, quandoquidem antiquiſſima lapidis inſcriptio eſt in quo legitur ITERVM ET TERTIO COS. In theſauro tamen inſcriptionum Gruterianarum fol. XXVI. num. II. ex Mazochio ſcribitur ET TERTIVM. Quod plane adverſum eſſet ſententiae Magii: nec Magius hanc inſcriptionem attuliſſet ad firmandam opinionem ſuam, ſi vel dubitaſſet an in ipſo lapide, qui ipſius aetate Romae, ut ſcribit, viſebatur, haberetur tertium an tertio. Verum nil Magius effecit producendo illam inſcriptionem: quoniam inde tantum apparet eo tempore quo illa exarata

ta eſt, hominem qui curam ejus habuit credidiſſe recte & Latine dici *tertio conſul.* Atqui & Ciceronis aetate tales erant: ceteroquin enim non adeo diverſae fuiſſent ea de re ſententiae. Tacitus annalium lib. III. cap. 28. de hoc ipſo tertio Pompeji conſulatu agens ſcribit *Cn. Pompejus tertium conſul.* Quid? quod non deſint lapides quoque in quibus *conſul tertium* extat, uti marmor Ancyranum, ſupra porticum Panthei & alii. Ceterum ſi de nota tertii conſulatus ſcribenda adeo diſſenſerint veteres, patere hoc de re ipſa a me addi. Videtur Dion Caſſius negaſſe ante ſua tempora aliquem ter conſulem fuiſſe, privatum certe, aut qui nullis antea honoribus in urbe fuiſſet ornatus. Ita ſane Xiphilinus de Eutychiano ſcribit factum illum ter conſulem quod nulli antea contigerat. Itane? nullum antea honor tertii conſulatus ornaverat? Quomodo ergo, ut Imperatores omittam, (noti enim ſunt XVII conſulatus Domitiani) Marcelli conſulatus quintus A. V. C. 545 & faſtis & nummis, in quibus legitur MARCELLVS COS. QVINQ. memoratur, & Marii conſulatus ſex Ciceroni lib. V. Tuſculanar. & complures alii? Quid? quod ipſe Dio lib. LXIX meminerit Annii Veri tertium conſulis τρὶς ὑπατεύσαντος. Vel an referri debent ultima ad ea quae ante

te dixerat, hominem nulla praeter militarem praefectura nobilem ter factum consulem, quod antea non contigerat? Ex Xiphilino, opinor, aliqua exciderunt, aut ipse sensum Dionis non expressit. Sunt enim fragmenta ipsius Dionis, in quibus de Eutychiano hæc habentur. Τὰς τιμὰς τὰς ὑπατικὰς ἔλαβε καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ὑπάτευσε καὶ ἐπολιάρχησε, οὐχ᾽ ἅπαξ μόνον ἀλλὰ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον, ὃ μηδενὶ πώποτε ἄλλῳ ὑπῆρξεν. *Honores consulares cepit, & postea consul fuit & praefectus urbi, non semel modo sed bis & ter, quod antea nulli alii contigit.* Hic discimus Xiphilinum illa καὶ ἐπολιάρχησε omisisse (i & fide librorum compendiis) atque ita illud ter ad consulatum retulisse. Dio hoc vult, fuisse Eutychianum primo consulem honorarium, deinde gessisse consulatum ordinarium, qui in fastis notatus est anno 220; & ter praefectum urbi fuisse &c. Solebant autem praefecti urbi annui tantum constitui, quamvis Flavius Sabinus legatur apud Tacitum lib. III. histor. cap. 75. duodecim annis praefecturam urbis obtinuisse. Verum an hoc, & si quod aliud exemplum extat, contraria tot annorum consuetudine ita deletum & obliteratum Dio censuit ut sibi hoc scribere licere crediderit, inauditum fuisse praefecturam urbi tertium alicui delatam fuisse? Malim continua-

nuatam per XII annos praefecturam pro una praefectura olim habitam fuisse, secus ac postea, quando quotannis praefectus creabatur, & primo anno semel, altero bis, praefectus dici debuit: a quo tempore (illo nempe quo haec praefectura annua facta est) usque ad aetatem suam Dio scripsit neminem ter praefectum urbi fuisse.

Hos quod attinet numeros, quibus consulatus iterum, ter, quaterve gesti distinguuntur, observatum jam est a fratre meo & aliis, saepe numero in fastis veteribus, quum eadem nomina consulum haud ita magno intervallo annorum a se invicem divisa legerentur ut credi posset eosdem illos fuisse, quumque secunda vice nomen aliquod occurreret, adscriptum fuisse numerum consulatus secundi, quum ter tertii, atque ita deinceps: quamvis ex annalibus & commentariis historicis illorum temporum liqueat non fuisse illos consules eosdem. Verum, uti hoc pacto numeri consulatibus adscripti leguntur qui iis non conveniunt, ita ab altera parte neglecti fuerunt multo frequentius numeri quos adscriptos oportuit: qua in re fastos illustrant & emendant plurimum inscriptiones veterum saxorum. Atque adeo quum laudata videmus apud quosdam veteres consulum paria sine notis numerorum II. aut III. & apud alios hos nume-

ros

ros additos conſpicimus, non diffiteor me certe in illam ſententiam procliviorem eſſe quae addendos illos exiſtimat. Nam compendii cauſa ſaepe ſolebant hi numeri omitti, etiam ab iis qui non ignorabant illos conſules iterum terve fuiſſe. Plura exempla ex his ipſis faſtis colligi poſſent, quibus docemur jungi duorum conſulum nomina ſine nota conſulatus iterum geſti, etiamſi is conſulatus ſecundus fuerit, & conſules eos ſuffectos ſive honorarios antea fuiſſe certum ſit. Nec, ut verum fatear, neceſſarium videtur addi, ad declarandum annum quo aliquid contigit, nominibus conſulum numerum qui indicet quotus ille conſulatus fuerit: ſatis enim diſtinguit hunc conſulatum ab aliis collega ei datus. Verbi gratia quum dico, Juliano & Criſpino coſſ. clarum eſt annum aerae vulgaris 224. notari, etiamſi non addam conſulatum illum Juliani ſecundum fuiſſe: atque ita etiam in ſubſcriptionibus legum Codicis Juſtinianei video modo ſcribi Juliano & Criſpino coſſ. modo Juliano II. & Criſpino. Nec enim alius annus fuit quo Julianus cum Criſpino conſul fuit. Quare non oportet illos dici errare, aut locum in mendo cubare, quando numerus iterum geſti conſulatus non adjungitur nomini conſulis qui iterum conſul eſt. Nec illa monumenta

ta, in quibus aliquis *coſ. II.* legitur, emendanda ſunt ex aliis, in quibus duntaxat *coſ.* extat. Contra plerumque fieri oportet: nam & alia ponderari debent, quibus auctoritas monumentorum utrinque fulcitur, antequam una ſcriptura praeferatur alteri.

Legitur apud Reineſium inſcriptio, quam frater meus adnotavit in faſtis ſuis, retulitque ad ann. 241. In illa haec extant

ΑΥΤ. ΚΑΙC. Μ. ΑΝΤΩΝΙΩ.
ΓΟΡΔΙΑΝΩ. ΤΕ.
ΚΑΙ ΠΟΜΠΗΙΑΝΩ.
ΚΙΟΥΙΚΑ. ΚΟΣ.

Gordianus iterum conſul fuit hoc anno, quando Pompejanum collegam habuit. Id clarum eſt ex legibus & aliis monumentis quae accurate adnotavit frater meus in faſtis, quem vide. Ergone corrigenda eſt inſcriptio Graeca & Gordiano adſcribendus numerus bis geſti conſulatus? Ita cenſet vir eruditiſſimus, Carolus du Freſne, in notis ad Zonarae annales ad lib. XII. n. 17. & pro ΤΕ ſcribendum Β ut innuatur ſecundus conſulatus Gordiani. Reineſius autem ΤΕ putat mutandum eſſe in ΤΡ, & exponit ΤΡΙΤΩΙ, quia hic Gordianorum tertius fuit. Frater meus nihil mutavit; nec ego mutem.

**** Saxa

Saxa ſunt, non membranae. Nec eſt quod nos cogat a ſcriptura vulgata recedere. An non duo nomina per TE KAI apud Graecos ſolere conjungi certiſſimum eſt? An non ipſa conſulum nomina ita junguntur, uti apud Plutarchum in Catone minore, ὑπάτους δὲ Πείσωνά τε καὶ Καλπύρνιον. Quid ergo? Quod poſt tot nomina ponatur? quod dicant Graeci Μάριόν τε Κέλσον καὶ Σουϊτώνιον Παυλῖνον, uti eſt apud Plutarchum in Othone, aut Γαΐου τε Σουλπικίου καὶ Λικινίου Στόλωνος ὑπατευόντων, uti idem loquitur in quaeſtionibus Romanis? At ſi vel alio aptiori loco poni potuiſſet, ideone id aptiſſimo poſitum eſſe credi debet, quoniam in lapide antiquo legitur? Ego certe auctorem hujus inſcriptionis TE ſcripſiſſe vix dubito, & notam geminati conſulatus TO B. omiſiſſe, exemplo aliorum. Ceterum monendum duco, me quum haec ita ſcripſeram, ab Illuſtri Cupero monitum eandem hanc inſcriptionem a Gudio inter ſuas relatam, in aedibus Heſſelianis, a qua manu illius operis editionem exſpectari jam per alios innotuit, Inſcriptionum Gudianarum ſyllogen inſpexiſſe & ibi ſcriptas deprehendiſſe has voces.

In via Gabinia Praeneſtina.

Θ   K

ΑΝΤΩΝΕΙΑ. ΜΟΥΣΑ.

ΚΑΙ. Μ. ΑΝΤΩΝΕΙΟΣ.

ΑΛΚΜΑΝ. ΦΙΛΟΣΟΦ.

ΣΤΟΙΚΟΣ. ΑΝΕΘ.

Π.   Τ.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΝΤΩΝΙΩ.

ΓΟΡΔΙΑΝΩ. ΣΕΒ. Β.

ΚΑΙ. ΠΟΜΠΗΑΝΩ.

ΚΙΟΥΙΚΑ. ΚΟΣ.

Quod ſi ita in ipſo lapide legatur, uti in inſcriptionum Gudianarum theſauro extat, omnia plana ſunt; nec ullus conjecturis noſtris aut aliorum locus eſt.

Non deſunt exempla, quae noſtram opinionem confirmant, annum deſcribi ab uno conſule, etiamſi duo fuerint: ſi videlicet circa illa tempora de quibus agunt alter hoc nomine conſul non fuerit. Hoc tantum abeſt ut damnem, laudem ut potius, brevitatis cauſſa ſcriptum, & quod ſufficit ad declarandum annum quem indicatum volumus. Quod ſi hoc fieri potuit, uti factum eſſe conſtat, & ſi alterius conſulis nomen jure poſſit omitti quia alter ſatis iſtum annum diſtinguit ab aliis, quidni & numerus conſulatus geminati? Ita Sulpicius Severus

 a con-

a consulatu duorum Geminorum *usque in Stilichonem consulem* esse annos 371 scribit. Aurelius Victor in lib. de Caesaribus, in vita Lucii Veri, scribit *sua aetate Nicomediam Cereali consule terrae motu constratam fuisse.* Id erat anno aerae Christianae 358, Datiano & Cereali conss. uti liquet ex Ammiano Marcellino lib. XVII. Socrates consules & diem notavit histor. lib. II. c. 39. Συνέβη τὴν Νικομηδέων πόλιν πεσεῖν· τοῦτο γέγονεν ὑπατευόντων Τατιανοῦ καὶ Κερεαλίου περὶ τὴν ὀγδόην εἰκάδα τοῦ Αὐγούστου μηνός. *Contigit Nicomediam collabi Tatiano & Cereali coss.* V. *kal. Sept. Cereali* verto, non *Cerealio*, uti alii. Nam ita solebant Graeci nomina Latina quae in IS terminabantur reddere per ΙΟΣ. Sic Φιδήλιος pro *Fidelis* legitur apud Procopium lib. I. de bello Gothico. Ἰλλούστριος, est *Illustris*, quare falluntur qui Illustrium reddunt: Νωβίλιος, nobilis, Μαρτιάλιος, Martialis, Σεκουλάριος, Secularis, Αὐγουστάλιος, Augustalis, Ἰουβενάλιος, Juvenalis, Ἀπολινάριος, Apollinaris. Sic Φιτιαλίων nomen Plutarchus in quaestionibus Romanis pro *Fecialibus* usurpat. Legitur quidem Vitalius apud Spartianum, quod pro Βιτάλιος positum esse quis suspicari posset; sed nomen id gentis est, non cognomen, & Casaubono ipsi suspectum ut sit pro Vitellio positum: nam Βιτάλιος Latine Vitalis est. Haec obiter, quod

in

in hac re fluctuare ſaepius viros doctos animadverterim. Juvenalis porro ab uno conſule annum nuncupat Sat. 13.

--- *Fontejo conſule natus.*

Sic vinum Opimianum dicebatur diffuſum conſule Opimio, nec tamen ſolo. Dio enim, conſul & ipſe Romanus, lib. XL. ſcriptum reliquit, ante conſulatum Cn. Pompeji tertium nemini Romanorum id contigiſſe, conſul ut eſſet ſine collega. Ita & Horatium dixiſſe amphoram ſecum natam conſule Manlio, & vina Torquato conſule ſuo preſſa, notiſſimum eſt; quamvis non unus Manlius Torquatus verum & Aurelius Cotta conſules fuiſſent. Sic Solinus in polyhiſtore c. XXVI. *M. Meſſala coſ.* Zoſimus quoque lib. II. annum V. C. 352. μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἐπὶ τριακοσίοις πεντηκοστὸν καὶ δεύτερον deſcribit fuiſſe Μάρκου Ποτίτου τὸ τέταρτον ὑπατεύοντος, *Marco Potito quartum conſule.* Solus Potitus τὸ τέταρτον ὑπατεύων annum illum quem diximus ſatis indicat, qui inter tribunos militum conſulari poteſtate illo anno primus erat, ipſe quartum tribunus. Vide Livium hiſtor. lib. V. cap. 10. Nec enim putem illud Ποτίτου in Ποπιλλίου mutandum, quod Potiti nomen anno a Zoſimo indicato plane conveniat, & circa haec tempora Romani peſte afflicti libros Sibyllinos conſuluerint, primumque lectiſternium

 fece-

fecerint anno sequenti 353, teste Livio. Ceterum non nego accuratius loqui potuisse Zosimum quam tribunatum appellando consulatum & χιλιαρχίαν cum ὑπατείᾳ confundendo. Plutarchus certe de Camillo (qui hoc ipso anno collega fuit Potiti) in vita ejus scribit οὐδὲ ἅπαξ ὑπάτευσε· attamen tribunus fuerat consulari potestate, uti & Potitus. Verum ὑπατεύειν etiam videtur aliqua ratione dici posse de iis qui vice consulum erant, quales tribuni illo tempore. Ita *Praetores urbani, quum coss. aberant, consulare munus sustinebant*, uti Cicero loquitur ad Plancum. Ita praefecti feriarum Latinarum caussa *consulare munus usurpabant*. Sunt verba Taciti annal. lib. VI. cap. 11. Sic duumviri in civitatibus & municipiis ἀνθύπατοι dicebantur, quod vice consulum essent. Certe duumviri Constantinopolitani a Socrate ita appellantur, quum Honoratum narrat primum urbi Constantinopoli P. V. datum Eusebio & Hypatio consulibus. At quid differt ὑπατεύειν & consulare munus sustinere? & titulus ipse tribunis datus *consularem potestatem* arguebat. Vicissim de praefecto urbi scribit lib. XIV. cap. 5. Ammianus, *Orfitum praefecti potestate rexisse urbem aeternam*, quod nil est aliud quam praefectum eum fuisse. Sic primi Imperatores Romani, licet nomen regium adspernarentur, dicti

tamen

tamen ſunt Graece βασιλεῖς. Poſtea nec ipſi nomen Latinum regis refugerunt, quando Statius, Tacitus, Spartianus & inſcriptiones ſaxorum veterum meminerunt regis magni, domus regiae, ſervorum regis, regiae adfinitatis &c. Zoſimus, quum annum a Potiti tribunatu nomen habere voluit, quod is primus eſſet, Athenienſium morem imitatus eſt, qui, quum novem eſſent ἄρχοντες, non βασιλέως nomine, non πολεμάρχου, non ſex θεσμοθέτων, ſed primi Archontis, qui τοῦ ἐνιαυτοῦ erat ἐπώνυμος, uti Pollux ſcribit lib. VIII. cap. 9. annum ſignarunt.

Videndum tamen, quum unus modo conſul commemoratur, a quo annus nomen habet, an non collegae ejus conſulatus, ut Cicero loquitur, ex omni monumentorum memoria revulſus ſit, & nomen ejus e faſtis eraſum. De Eutropio conſule anno 399. extat conſtitutio notabilis Arcadii l. 17. C. Theod. de poenis, qua nomen ejus e faſtis tolli jubetur: quare & in ipſo illo Codice leges eo anno latae ſolum Theodorum v. c. ſubſcriptum habent. Imperante Commodo, anno aerae Chriſtianae 180, conſules fuerunt Praeſens II. & Condianus: verum Condiani nomen ex faſtis eraſum eſt & ipſe hoſtis appellatus: ideoque Lampridius conſules hujus anni nominaturus in vita Commodi ſcribit, *datus in perpetuum ab exerci-*

 tu

tu & senatu in domo Palatina Commodiana conservandus XI *kalendas Romanas, Praesente iterum consule.* Anno 188 Fuscianus consul fuit II. & Silanus: sed hic occisus est jussu Commodi & nomen ejus e fastis erasum. Ideo Lampridius hunc annum a solo Fusciani consulatu nuncupat, ibidem: *vota pro eo facta sunt nonis Piis, Fusciano iterum consule.* Nihil addam de illorum saeculorum consulibus qui post scissum in orientale & occidentale imperium vixerunt, quando frequenter unus modo consul in fastis legitur & alter aut omnino non erat creatus, aut nondum ubique terrarum cognitum erat quis esset designatus, quia hic ipse liber satis multa exempla continet.

Quod si haberemus indices consulum suffectorum aeque ac ordinariorum, per tria illa saecula quae prima a consulatu illo Julii Caesaris, quem Dio Cassius lib. XLIII. notavit, fluxerunt (quo spatio fere consules suffecti continentur) & ex bibliothecae alicujus Ulpiae, aut porticus Porphyreticae, armario depromere istiusmodi codicem liceret, id quidem ad subscriptiones legum in Codice Justinianeo aut Theodosiano, ubi non nisi ordinariorum nomina leguntur, non multum, sed ad illustrationem aliorum monumentorum vetustatis, faceret. Quot non praenomina consulibus ordinariis adscripta reduce-

ducerentur ad veros dominos ſuos, uti quorum collaribus inſcriptum id olim erat T. M. Q. F. &c.

Quam cautos etiam nos eſſe oportet, ne quum nomen aliquod audimus, cui ſimile in faſtis aut monumentis veteribus legitur, ilico id idem eſſe credamus. Conſul fuit Adventus anno aerae Chriſtianae 218, nec alium hoc nomine in faſtis legimus. Non ergo ſtatim de hoc cogitandum eſt, quum Adventi nomen in ſcriptis veterum legitur. Inſcripſit Solinus polyhiſtora ſuum hoc modo *C. Julius Solinus Advento ſuo S.* Nihil eſt quod nos credere jubeat hunc conſulem fuiſſe. E contrario unum Adventi nomen, nullo addito honoris titulo, videtur nos alio ducere. Henricus tamen Dodwellus, cujus viri ingenium & doctrina notiſſima ſunt, in diſſertatione de aetate Iſidori Characeni, cujus extant manſiones Parthicae, pag. 71. ſcribit. *Nempe Coſ. agnoſcimus anni aerae Chriſtianae* 218. *Nulla quidem eſt dignitatis nota in ipſa dedicationis inſcriptione. Vix tamen eſt cur dubitemus quin virum geſtis in republica honoribus patronum ſtudiis ſuis delegerit Solinus. Innuit hoc, ni fallor, aurium illa clementia quam in Advento ſuo gratulatur. Eſt enim clementia virorum praecipue Principum.* Ego autem valde dubito an is Adventus con-

ſul fuerit. Solinus de Advento ſuo ſcribit illum *optimarum artium ſtudiis praeſtare ceteris*: & Adventus conſul anno 218 rudis fuit literarum & ἰδιώτης qui ne legere quidem poterat quicquam, uti Herodianus & Dio teſtantur, adeoque non videtur idem fuiſſe. Adſcribam verba Dionis, ut collata cum Solino doceant illa uni eidemque Advento non convenire. Ὅτι τὸν Ἄδουεντον ἐν τοῖς διόπταις τε καὶ ἐρευνηταῖς μεμισθοφορηκότα καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς τάξιν λελοιπότα, ἔς τε τοὺς γραμματοφόρους τελέσαντα καὶ πρόκοιτον ἀποδειχθέντα, καὶ μετὰ τοῦτο εἰς ἐπιτρόπευσιν προαχθέντα καὶ βουλευτὴν καὶ συνύπατον καὶ πολίαρχον, μηθ᾽ ὁρᾶν ὑπὸ γήρως, μήτ᾽ ἀναγινώσκειν ὑπ᾽ ἀπαιδευσίας, μήτε πράττειν ὑπ᾽ ἀπειρίας τι δυνάμενον ἀπέφηνε. Τετολμήκει μὲν γὰρ ὁ Ἄδουεντος τοῖς στρατιώταις μετὰ τὸν τοῦ Καρακάλλου θάνατον εἰπεῖν ὅτι ἐμοὶ μὲν ἡ μοναρχία, ἅτε καὶ πρεσβεύοντι τοῦ Μακρίνου προσήκει· ἐπεὶ δ᾽ ὑπέργηρώς εἰμι, ἐκείνῳ αὐτῆς ἐξίσταμαι. Ληρεῖν δέ πως ἔδοξεν ὁ Μακρῖνος, τὸ μέγιστον τῆς γερουσίας ἀξίωμα τοιούτῳ ἀνδρὶ δοὺς, ὅστις οὐδὲ διαλεχθῆναί τινι ἐν τῷ συνεδρίῳ καλῶς, ὑπατεύων ἐδυνήθη, καὶ διὰ τοῦτο τῇ τῶν ἀρχαιρεσιῶν ἡμέρᾳ νοσεῖν προσεποιήσατο. *Quod* (Macrinus) *Adventum, qui ſtipendia fecerat inter ſpeculatores & exploratores, eorumque deſertis ordinibus inter tabellarios operam navaverat, & cubicularius deſignatus inde procuratoris ad officium evectus fuerat, non modo ſenatorem ſed etiam collegam in conſulatu & praefectum urbi creaſſet, quamvis nec prae ſenectute videre nec prae ruditate legere, nec prae*

prae imperitia agere quicquam possset. Ausus hic Adventus fuerat post Caracalli mortem ad milites dicere sibi imperium deberi, qui Macrino senior esset, sed quod nimis senex esset, libenter Macrino cedere. Delirare profecto visus est Macrinus quod maximam in senatu dignitatem viro istiusmodi daret, qui quum consul esset ne alloqui quidem recte aliquem in senatu poterat, & propterea calatorum comitiorum die morbum simulavit. Nunc Solinum audi de Advento suo. *Quum & aurium clementia & optimarum artium studiis praestare te ceteris sentiam, idque oppido expertus de benevolentia tua nihil temere praeceperim, reputavi examen opusculi istius tibi potissimum dare cujus vel industria promtius suffragium vel benignitas veniam spondeat faciliorem.* Addam & illud, Claudium Chifletium, in μονοβιβλίῳ de vita & libris Ammiani Marcellini, scribere se firmare audere Solinum Marcellino juniorem, qui ex illo sumsit quae de rebus Aegyptiis, de ostiis Danubii &c. commemorat, nec sive res sive ordinem respicias, aliquid dignum temporibus illis quibus Solinus vixisse putatur continere. Quod si aevo Theodosiano scripsit, uti suspicatur Chifletius, qui & in fine codicis peranti-qui legit illum Theodosii principis aetate descriptum esse, quod & Salmasius prolegomenis

gomenis in Solinum fatetur in omnibus fere quos vidit codicibus manuscriptis Solini legi, certe consul Adventus hic locum habere non potest. Hadrianus Junius in lib. de annis & mensibus etiam notat Solinum descripsisse Ammianum.

Ceterum ita versatum in hoc argumento fratrem meum deprehendi, ut minima quaevis diligenter adnotando, & leves, uti videntur, differentias scripturae in nominibus propriis consulum & numeris consulatuum, haud placiturus sit cuidam hominum generi, quod Criticis inimicum haec inutilia plane & nullius momenti esse existimat. Mihi semper contraria sententia placuit, & ab ineunte aetate a viro docto monitus Claudium Salmasium consuevisse in conferendis codicibus manuscriptis & variis lectionibus adnotandis nihil negligere & ad minimos apices variantes attendere, etiamsi viderentur esse corrupti, & revera corrupti essent, (quoniam forsitan ex collatione aliorum librorum vera lectio postea melius deprehendi posset, ad quam illa vitiosa scriptura propius accederet quam alia recepta & vulgata hactenus) hoc exemplum sequi in animum induxi. Memini & hac ipsa de re mihi saepe sermonem fuisse cum fratre meo, qui eadem incedens via sollicite adnotavit voces quae vel una litera differrent. Quid? quod

quod ex iis ipſis quae manifeſto falſa eſſe apparet, diſcamus, quae literae forma ſimiles permutari in ſcriptura veterum potuerint invicem, atque adeo emendationibus via ſternatur: uti quod conſul Appion ſcribatur Arion, quandoquidem veterum R nonnunquam hac forma P uti Graecum ſcribebatur. Verum & unius literae diſcrimen in hoc opere debuit adnotari; quod unum nomen & alterum ſaepe non niſi una litera diſtinguatur.

Deinde animadverti dies illum neglexiſſe, quibus leges datae fuerant, nec eas iſto ordine digeſtas, ut leges datae menſe Martio praecedant illas quae Aprili datae ſunt. Id quidem Freymonius in ſymphonia juris praeſtitit: ſed nec tanti uſus id eſt ac videtur: quoniam non omnes leges DATAE ſunt illis diebus qui ſubſcripti ſunt, ſed quaedam REDDITAE, quaedam PROPOSITAE, LECTAE aliae &c. Sic ut illinc colligi nequeat quaenam leges tempore alias praeceſſerint. Praeterea Conſules maxime ante oculos habuit frater meus, & annos, non dies aut menſes, propterea curare debuit, quia ſoli conſules ordinarii legibus ſubſcripti ſunt: adeoque quod ad nomina conſulum attinet, ſive Idibus Martiis ſive Septembribus datae ferantur leges, eadem nomina conſulum ſubſcripta legentur. Nec potuit ſane

&

& leges disponere secundum ordinem dierum subscriptorum & simul jungere illas quae in subscriptionibus consulum convenirent: duplex enim series legum exstruenda fuisset. Quod autem consulum rationem habuerit unice, apparet ex ipsa forma quam operi suo dedit, in quo praeter leges collatos videmus fastos veteres, in quibus nonnisi consules ordinarii exstant (ad quos adeo nil facit quo mense aut die leges latae sint) & inscriptiones veterum saxorum, in quibus rarissime consules suffecti leguntur. Nec tamen ita omnino dies & menses legum latarum neglexit, ac si prohibitum fuisset eos attingere: saepe enim aliqua de iis notavit, quum obiter illustrare chronologica voluit aut initia Imperatorum constituere: saepe ipsos dies natales Imperii ex Idatio & aliis indicavit, ut unus quisque illos conferendo cum nominibus Imperatorum quae in fronte legum conspiciuntur (nam in illis annis quibus novi Augusti Imperium capessiverunt id fere habet utilitatem) deprehendere posset rectene an secus se haberent. Forsitan etiam ab hoc instituto deterritus fuit quod haud ignoraret viros doctos magno numero conqueri, adeo vitiosas esse subscriptiones legum respectu dierum & mensium ut iis fidere non liceat.

Prae-

Praeterea leges retulit ad annos & consules suos secundum scripturam quam codices, quibus usus est, exhibebant, licet illas ad alium annum referendas esse constet, & ipse frequenter adnotet. Gothofredus ipse in chronologia legum Codicis Theodosiani saepe leges recenset isto anno, quo secundum subscriptionem referendae videntur, & nihilominus adnotat ad alium annum referri oportere. Quidni ergo, dicet aliquis, ad verum annum retulit? Suadere videbantur subscripti consules & ordo ipse legem illius anni esse: sed alia contrarium persuadebant. Legatur ergo loco, etiam non suo, modo subscriptio conveniat cum illis quae eo anno datae sunt, & disquirant Critici de vero natali. Quod ad Inscriptiones lapidum veterum attinet, collegit auctor quantum potuit, & nonnunquam lucem aliquam iis attulit. Si vitam ad plures annos perduxisset, multas sine dubio addidisset & illustrasset. Nunc deprehendo easdem inscriptiones notatas ad annos longo spatio disjunctos, sic ut si ad hos, non ad illos, consules referri possint. Quum autem ad utrosque spectare non possint sed alterutros, crediderim illas adnotatas & hoc & illo loco, ut deinde accuratius ponderaretur cui anno convenirent, aut conferendas potius lectori datas (quod

nomina

nomina ſimilia nominibus conſulum illius anni continerent) quam quod omnino eas illi anno vindicare voluerit. Haec dicta ſunto, ne quis vitio ipſi vertat, loco alieno inſcriptiones aliquas legi. Nec diffiteor haud paucas inſcriptiones a me cum fratre communicatas eſſe, & poſtquam opus ad manus meas pervenit, nonnullas inſertas, quas haud alienas inſtituto judicabam. Cur enim diſſimulem, quod ipſe ſi in vivis eſſet licuiſſetque praefationem conſcribere fateretur, inſcriptiones & alia, vel ex ſermonibus vel librorum marginibus, irrepſiſſe in hoc opus de meo? Fieri aliter vix poſſe quivis intelligit, quum & inter amicos, nedum inter fratres qui tanto amore ſe mutuo proſecuti ſunt ac ulli unquam, alter alterum conſulere ſoleat & quaſi lumen de lumine accendere.

Hoc quoque nonnullos forſitan offendet, quod inſcriptiones adnotans, non Gruterum modo aut Reineſium auctores nominet, ſed illis ſocios jungat inferioris ſubſellii ſcriptores, auctoreſque itinerariorum haud magni nominis. Sciendum tamen eſt bono conſilio id praeſtitum: hac enim ratione conferri omnes poſſunt qui ad illuſtrationem veteris ſaxi operam contulerunt, & ipſi illi qui iter ſuum literis conſignarunt, licet animum non ita imbutum ſtudiis literarum

rarum habuerint ac alii viri in hoc genere principes, fideles oculos habere potuerunt, & posteris tradere quod legerunt. Quid? quod his ipsis plus confidere nonnunquam liceat quam viris doctioribus, qui sibi videntur ea in lapidibus legere quae in illis legi volunt. Eo enim deventum est, ut de abusu Inscriptionum veterum haud minor commentarius conscribi quam de usu possit. Non hic modo digitum intendo in genus frequentissimum illud abusus quo per explicationem perversam lapides id loqui & testari jubentur, quod praeconceptae scriptorum opiniones flagitant. Illos etiam mitto qui literas in lapidibus ipsis efformant quae antea ibi ab auctoribus sculptae non sunt, aut illas quae sunt transmutant, & si quae sunt talia. Verum omnino necessariam censeo lapidum antiquorum topographicam descriptionem, qua indicetur ubi lapis primum inventus sit, quis primum viderit & descripserit, ubi nunc conspici possit. Praeterea quum non omnes lapides, pro ratione aetatis qua sculpti sunt & sculptoris peritia, characteribus consignati sint qui similes sunt illis quibus libri typis editi describi solent, & saepe compendia vocum, literarumque conjunctarum formae, in typographeis nostris haud extent, utile omnino est plures uno testes habere qui lapidem visum describant,

bant, quamdiu lapides & inſcriptiones eorum in aes inciſae non extant ea forma, qua in lapidibus ipſis viſuntur: quod quidem optandum eſſet in illis ſaltem lapidibus fieri qui formas literarum praeferunt a communibus diverſas: ſed optandum id magis quam ſperandum eſt. Quod ſi quis ulterius velis paſſis ingredi hunc Oceanum vellet, & ſingulos errores perſequi in quos viri docti auctoritate ſaxorum veterum ut certiſſima nixi inciderunt, quam latum ſibi æquor aperiri cerneret? Quum enim non omnes inſcriptiones antiquae publico decreto conſtitutae ſint, aut exaratae ea qua oportuit cura & diligentia, ſed nonnunquam ab hominibus ignaris, qui in ipſa elementa ſermonis Latini impegerunt, & barbara ſubſtituerunt pro Romanis (quemadmodum quotidie videmus in ſaxis & monumentis incidi illa inſcribique quae multum abſunt a munditia ſermonis & legitima ratione ſcribendi) nequaquam ſufficit ad ſententiae ſuae confirmationem attuliſſe conſenſum hujus vel illius lapidis antiqui. Non damno equidem Aldi Manutii, Claudii Dausquii, & aliorum ſtudium, qui orthographiae Latinae illuſtrandae lapidum veterum ſcripturam applicuerunt: ſed nec unius ſaxi auctoritate permoveri aliquem volo, nec quodvis ſaxum ejusdem pretii haberi, nec alia negligi

negligi quae ſcripturae illius ſunt contraria, ſed recte dijudicari inter aetatem & auctores & loca inſcriptionum, conferrique cum momentis rationum quae contra illas faciunt.

Denique ut judicium fieri de toto hoc opuſculo melius poſſit, & quid in eo ſit praeſtitum poſt aliorum operas diſcerni, oportet hos faſtos cum aliis conferre: quando hic vel addita vel omiſſa conſulum nomina & alia deprehendentur, in quibus multi vehementer errarunt, nomina conſulibus adſcribentes de quibus certi non erant, aut quae ipſis plane non conveniunt; vel numeros conſulatuum male adnotantes & ſi quae ſunt hujus generis plura. Non ſolebat auctor hujus operis, ubicunque errantes viros doctos animadvertit, illud adnotare; & ſi in ullius, in hujus, moribus veterum jureconſultorum modeſtiae adeo celebratae quaſi reviviſcentis ſpeciem ſe videre amici dicere ſolebant. Tu, lector, utere hac opella quaecunque eſt, & noſtro quoque ſtudio, quo tibi prodeſſe cupimus, faveto.

PROPERT. IV. I.

ROMA FAVE: TIBI SVRGIT OPVS. DATE CANDIDA CIVES
OMINA ET INCEPTIS DEXTERA CANTET AVIS!

Rupertus, in epiſtola ad Reineſium, pag. 128.

Nactus ſum his diebus primum inſcriptionum Gruterianarum opus. Di boni! quam in devia me rapuit Onufrius Panvinus, eumque ſecutus Hub. Goltzius! Auſim dicere plura conſulum paria corrupta nobis exhibuiſſe (loquor de temporibus Imperatorum) quam reſtituta. Igitur privatis meis ſtudiis alios faſtos ex lapidibus ac monumentis quae illi non adſpexerant concinnare coepi.

PETRI

PETRI RELANDI
FASTI
CONSULARES

AD

Illuſtrationem Codicis Juſtinianei ac Theodoſiani ſecundum rationes temporum digeſti,

Et auctoritate ſcriptorum atque lapidum antiquorum confirmati.

PETRI RELANDI FASTI CONSULARES.

Anni ab urbe condita | Anni a nato Christo

898 | 146

Sextus Erucius *Clarus* II.
Cneus Claudius *Severus*.

Horum fit mentio l. 1. C. de impub. & al. substit. Cui legi ita subscripta sunt nomina consulum,

Claro II. & Severo Conss.

l. 3. §. 2. ff. de offic. præf. vigil. meminit Erycii Clari, quem eundem esse ac nostrum Consulem statuit *Ægidius Menagius in Amœnit. jur. cap.* 31.
M. Aurel. Cassiodorus, & Prosper in Chronico hosce Consules non agnoscunt.
Chronicon Paschale, quod vulgo nuncupatur Alexandrinum, habet Σεβήρου τὸ ε̄ καὶ Οὐηρίνου, id est, Severo V. & Verino.
Fasti Florentini minores (editi a Dodwello, & fasti Theonis vulgo dicti) habent, Κλάρος καὶ Κλαύδιος.
Fasti Idatiani. *Claro & Severo.*
Fasti anonymi, quos alii Caesareos vo-

 cant,

A.U.C.	Chr.	
898	146	cant, editi ab Eminent. Norisio. *Claro & Severo.*

Apud *Gell. Noct. Atticar. lib. 6. cap. 6.* invenio commemoratum nostrum Erucium Clarum Praefectum Urbi, & *lib.* 13. *cap.* 17. eundem bis Consulem.

Clarum hunc nostrum eundem esse qui suffectus Consul fuit A. U. C. 869. suspicatur Cl. Almelovenius in Fastis Consularibus.

Gruteri Inscriptio *pag.* CCCXIV. 2. horum meminit.

ϹΕΞΤΩ. ΕΡΟΥΚΙΩ. ΚΛΑΡΩ. Β.
ΓΝΕΩ. ΚΛΑΥΔΙΩ. ϹΕΒΗΡΩ.
ΚΩϹ.

Meminit horum Consulum & Justus Fontaninus *de Antiquitatibus Hortae, Etruscorum Coloniae*, *lib.* 2. *cap.* 1. *pag.* 202. ubi haec inscriptio.

SANCTO. SILVANO
HERMADION
Q. CREPEREI. MARTIALIS
ARCARIVS. SVA. PECVNIA. D. D
DEDICATVS. XI. K. NOVEMBR
SEX. ERVCCIO. *sic.* CLARO. II. ET
CN. CL. SEVERO. COSS.

Sponius in *miscellaneis eruditae antiquitatis pag.* 70. hanc inscriptionem dat.

. . . . ACTVM, SEX. ERVCIO . . . .

Largus

A.U.C.	Chr.	
899	147	*Largus.* *Messalinus.*

l. 1. C. Si adverſ. creditor. data legitur *Largo & Meſſalino Conſſ.*

Caſſiodorus. *Largus & Meſſalinus.*

Chron. Alexandrin. Λάργυ καὶ Μεσσαλίνυ,

Faſti Florent. min. Λάργος καὶ Μεσαλῖνος.

Faſti Idatiani, uti & anonymi, & Proſper in Chronico, *Largo & Meſſalino.*

Fabrettus inſcriptionum pag. 401. fragmentum cippi exhibet, in quo nomen Largi conſulis legitur, ita ut alterius (Meſſalini) praeceſſerit.

VTE
ONINI
II. PP
ILVANO
MES
RIVS
ARMORE
OSVS
O. DD
ITQVE
VG.
T. LARGO COS.

Confer Reineſii epiſt. 48. ad Rupertum, ubi diſputat quomodo in inſcriptione veteri legantur

A.U.C.	Chr.	
899	147	C. MANLIVS. TORQVATVS ET. CORN. MESSALLINVS. COSS.

Norisius in epist. consulari scribit esse hanc Ligorii imposturam, quod e fastis nomina consulum exscriberet, eaque vetustis inscriptionibus apponeret.

A.U.C.	Chr.	
900	148	Lucius *Torquatus III.* C. Julianus *Vetus.*

in l. 5. ff de manumiss. vindic. ipse Julianus Consulatus sui meminit.

Spartianus in Didio Juliano cap. 1. hunc nostrum Julianum bis Consulem memorat.

De Juliano nostro qui plura desiderat, adeat G. Grot. de Vit. Ictor. lib. 2. cap. 6. Valentini Forsteri Histor. Jur. lib. 2. cap. 73. Cottam in memorabilib. pag. 469.

Torquatus antea Consul fuerat a.C. 143. & C. BELLICIVS TORQVATVS appellatur in inscript. vet. apud Fabrett. pag. 156. sed hujus anni consulem diversum a Torquato consule a. 143. facit & probat ex hac inscriptione lateris, ubi nulla nota secundi consulatus, pag. 510.

EX

A.U.C.	Chr.
900	148

EX. PR. CAES. OP. DOLQ. PP
TORQ. ET. IVL. COS.

In corpore inscriptionum veterum a Marquardo Gudio collectarum, quas edere parat, vir clari in republica literaria nominis, Franciscus Hesselius, cujus humanitati hanc & alias acceptas ferimus, legitur

OPI. DIVINAE. S.
M. PVRELLIVS. M. F
PAL. TVTELIANVS.
FLAMEN. FLAVIAL.
CVRATOR. AEDIVM.
SACR. PATRON. COLL.
AVRIF.. QVINQVENN.
III. DD. SIGN. CANDELABR.
BASEM. ET. HYPOBAS.
CVM. AR.
IIII. NON. FEBR.
L. TORQVATO. III. ET
C. IVLIANO. VETERE
COS.

Fasti Florent. min. Τορκουάτος καὶ Ἰουλιανός.
Prosperi Chron. *Torquato III. & Juliano.*
Fasti Idatiani & anonymi. *Torquato & Juliano.*
Cassiodor. *Torquatus III. & Julianus.*
Chronic. Alexandr. Τορκουάτου τὸ β' καὶ Ἰουλιανοῦ.

A.U.C.	Chr.	
901	149	Serg. Scipio *Orfitus.* Q. Nonius *Priscus.*

Caſſiodorus. *Orphitus & Priscus.*
Chronicon Alexandr. Ὀρφίτυ καὶ Πρίσκυ.
Faſti Idat. & anon. *Orfito & Priſco.*
Proſperi Chron. *Orphito & Priſco.*
Faſt. Florent. min. Ὄρφιτος καὶ Πρίσκος.

Gruter. inſcript. XXXII. 9.

SER. SCIPIONE. ORFITO. ET
Q. NONIO. PRISCO. COS.

Atque ita etiam Gruter. inſcript. XLVIII. I. & Boiſſardus Antiq. Roman. part. V. pag. 103. Lapis extra Romam in vinea (vide Spon. in *aris ignotor. Deor.*) *Soſium* Priſcum vocat, & putat Sponius in faſtis pro Nonio Soſium legendum.

DEDICATA. XV. K. APRIL.
SCIPIONE. ORPHITO. ET
SOSIO. PRISCO. COS.

Eundem lapidem memorat Fabrettus inſcript. pag. 473. Sed *nimis praecipitanter*, inquit, *ex hoc noſtro lapide faſtos Capitolinos* (*melius Panvinianos dixiſſet, quia Capitolini tempora Auguſti non excedunt & iſtorum conſulatus a. v. c.* MII. *contigit*) *emendare ſe poſſe putavit Sponius:* addit rationem, *quia tres lapides cum Ser. Scipione Orfito Q. Nonium Pri-*

A.U.C.	Chr.
901	149

Priscum aperte copulant apud Gruterum pag. XXXII. 9. CCCXI. 4. *&* XLVIII. 1. *quorum ultimum ipse Fabrettus recognovit: quod autem Sponius dicit Sosiam & Noniam esse familias duas*, id Fabrettus putat in ea Romanae reip. faece locum non habere, & probabilius utramque scripturam conciliari, dicendo Quinctum nostrum Nonium simul & Sosium appellari potuisse.

Legitur in corpore ms.to inscriptionum veterum a Marquardo Gudio collectarum, in lapide viae Ardeatinae.

DIS. MANIBVS
L. MAMMILIO. L. L. AVARYSTENO. P. (FIL.
DIAETARIO. GYMNASIARCHO
CONSTANTINIANIAR. THERMARVM (GEST.
VIX. ANNI. XL. VIII. M. IIII. D. XVIII (HOR. VI
MAMMILIA. L. L. EVPHROSINA. MAR.
KARISSIMO. POSVIT
ET. ARAM. D. D. K. IVN. Q. NONIO (PRISCO. ET
SERGIO. SCIPIONE. ORFITO. COS.

Ex eodem, in basi statuae.

A.U.C.	Chr.	
901	149	FLORAE L. PANSIVS. L. F. CRVS. SAR SIANVS. SIBINVS. EQ. R. SVA. PECVNIA. SACRVM IIII. KAL. APRIL. Q. NONIO PRISCO. SERGIO. SCIPIONE. COS.

Ex eodem.

APOLLINI. PACIFERO
SACR.
T. VSAVIVS. T. F. FAL.
AVCTIANVS. PROC.
MISENAT. CLASS.
D. D. PROPRAED. S.
IIII. KAL. MART.
Q. NONIO. PRISCO. ET
SERG. SCIPIONE. ORFITO. COS.

Ex eodem.

LAPSONIANIAN. FIGLINA
Q. NONIO. PRISCO. ET
SERG. SIPIONE *sic* ORFITO. COS.

Orfitus ſcribitur pro *Orphitus* apud veteres: nam priſci Romani ignorabant PH. Noriſius in epiſt. conſ. pag. 449. putat nomina prioris conſulis eſſe Sergius Vettius (non Cornelius, ut alii) Scipio Orfitus.

Galli-

A.U.C.	Chr.	
902	150	*Gallicanus.*
		Vetus.

l. 1. C. de procuratorib. data legitur

Gallicano & Venusto Coss.

Cassiodor. *Glabrio & Vetus.*

Chronic. Alexandr. Γλαβρίων© καὶ Βετέρυ.

Fast. Florentin. min. Γαλλικανὸς καὶ Ουετήρι©.

Fast. Idat. & Prosper. chron. *Glabrione & Vetere.*

Fast. anon. *Gallicano & Vetere.*

Gruter. inscript. CVIII. 7. & Boissard. antiqq. Rom. part. IV. pag. 90.

GALLICANO. ET. VETERE. COS.

Antea Consul fuisse ex eadem gente legitur saepius *Antistius Vetus.*

Fontaninus in antiqq. Hortae pag. 155. consules anni 96. ex veteri inscriptione ita nominat,

C. ANTISTIO. VETERE
MANLIO. VALENTE. COS.

Vulgo C. FVLVIO VALENTE in Fastis legitur.

Dion Cassius in vita Domitiani p. 224. illos vocat Cajum Valentem & Cajum Antistium.

Fabrett. inscript. pag. 506.

A.U.C.	Chr.	
902	150	GALLICANO. ET. VETERE. COS. VII. ID. IAN. COH. I. PR. 7 SATRI. GENIQ. 7. MISSI HONESTA. MISSIONE VII HIBERO. COS. &c. Ibid. pag. 510. ex pluribus lateribus ad D. Anastasiae in Circo. VETERE. ET. GAL. COS. Spon. miscell. 302. GALLIC. ET. VETERE. COS. Fabrett. inscript. p. 505. ASINIAE. QVADRATILL. OPV. . . MINIM. GALLICA. ET. VETERE. ibid. GALLICANO. ET. VETERE. COS. OPVS FIG. OFFIC. IVLIAE. SATVRNIN. ibid. EX. PR. LAELI. AVG. PII. F. OP. DOLI AB. ARISTIO. SVCCESS. GALLIC. ET VETER. COS.

Quin-

A.U.C.	Chr.	
903	151	Quintilius *Condianus.* Quintilius *Maximus.* Chronic. Alexandr. Κορδιανȣ̃ καὶ Μαξίμȣ. Faſt. Florent. min. Κονδιανὸς καὶ Μάξιμος. Caſſiodor. chron. *Gordianus & Maximus.* Faſt. Idat. & Proſper. chron. *Gordiano & Maximo.* Faſti anon. *Maximo & Condiano.*

A.U.C.	Chr.	
904	152	M. V. Acilius *Glabrio.* M. Valerius *Homullus.* Caſſiodor. *Glabrio II. & Romulus:* Chronic. Alexandr. Γλαβρίων⊙ τὸ β′ καὶ Ιȣμιλιȣ̃. Error hic errorem trahit ; fecerat ſcilicet Chronici Alexandrini auctor Glabrionem jam ante (Anno U. C. 902.) Conſulem, quare non mirum literam numeralem B Glabrioni hic adjectam : unde eidem in Caſſiodoro numerus hic adhaeſit. Faſt. Florent. min. Γαλορίων καὶ Ὄμμȣλος. Faſt. anon. *Glabrione & Homullo.* Proſper. chron. *Glabrione II. & Romulo.* Faſti Idatiani. *Glabrione II. & Humilio.* Gruter. inſcript. MLXXVII. MV. ACILIO. GLABRIONE. M. VALERIO. HOMVLO. COS.

Eſt

A.U.C.	Chr.	
904	152	Est & haec inscriptio Pisauri

ARRIAE. L. F. PLARIAE
VERAE. PRISCILLAE
FLAMINICAE
MVACILI. GLABRIONIS. COS.
D. D.
PVBLICE.

Ubi illud MV conspicitur ita scriptum ut ultimus ductus literae M idem sit ac prior ductus literae V, & illae duae literae uti una appareant.
Confer Fabrett. inscript. pag. 294. & Reines. inscript. pag. 575.

DEDIC. K. IVNIAS
SEX. GLABRIONE. ET. C. OMOL
LO. VERIANO. COS.

Fleetwood pag. 195. sylloges inscriptionum legit

C. OMOLLO. VERIONE.

sed unde illam hauserit, non addit.
Fabrettus pag. 506. ex latere.

GLAB. ET. HOMVLO
COS.

ibid. ex lapide Ostiensis episcopii.

M. V. ACILIO. GLABRIONE.
M. VALERIO. HOMVLO. COS.

Reines.

A.U.C.	Chr.	
904	152	Reinesius Classe I. inscript. CCLI. pag. 230.

IOVI. MINERVAE. ET
APOLLINI. INVICT.
SACR.
L. IVNIVS. LL. PYLAEN
ET. IVNIA. PAVLLINA
CVM. FILIIS. VS.
DEDIC. KAL. FEBR.
IVNIOR. GLABRIONE. ET. HOMOLLO
COSS.

al. IVNIO.

Gruterus inscript. CCCCLXXVIII. 10.

M. VALERIO
HOMVLLO
COS. PATRON.
COL. D. D.

Idem inscript. CCCXLIV. 4.

ACILIAE. M. F
MANILIOLAE. C. F
M. ACILI. GLABRION.
SEN. COS. PRONEPTI
M. ACILI. GLABRIONIS
COS. II. NEPTI
M. ACILI. FAVSTINI
COS. F.

Scri-

A.U.C.	Chr.	
904	152	Scribitur & OMVLLVS, uti in inſcript. apud Reineſium inſcriptionum pag. 532.

IVN. OMVLLI. CONSVL.
CVRAT. VITRASI. POLLION.
LEGATI. AVG.

Hic eſt Vitraſius Pollio Leg. prov. Lugdun. cui Hadrianus reſcripſit l. 15. ff. de excuſat. tut.

A.U.C.	Chr.	
905	153	C. Bruttius *Praeſens.* A. Junius *Rufinus.*

Caſſiodor. *Praeſens & Rufus.*
Chronic. Alex. Πραίσεντος καὶ Ῥουφίνου.
Faſt. Florent. min. Πρεσέντιος καὶ Ῥουφῖνος.
Faſti Idatiani, uti & faſti anonymi, & Proſperi chronicon, *Praeſente & Rufino.*

Gruter. Inſcript. ccc. 1.

. . . BRVTTIO. PRAESENTE
A. . IVNIO. RVFINO. COS.

Spon. miſcell. pag. 52. ex marmore veteri, & Fabrett. inſcript. p. 726.

. . . . BRVTTIO PRAESENTE
ET. IVNIO. RVFINO. COS.

& pag.

A.U.C.	Chr.
905	153

& pag. 53. praenomina adduntur

. . . . C. BRVTTIO. PRAESENTE.
A. IVNIO. RVFINO. COS.

Fabrett. inscript. pag. 509.

. . ES. ET. RVFI . . . .

ubi nulla est nota geminati consulatus. Secundum Consulatum *Bruttii Praesentis* non cum hoc *A. Junio Rufino*, sed Imperatore *Antonino* conjungit vetus Inscriptio Smyrnensis, inserta a Thoma Smitho *Notitiae septem Asiae Ecclesiarum pag.* 58. quodque efficit ne mendum esse suspicemur, est quod in eodem marmore & Graece & Latine ita extet;

CAES. . . . ANTONINO. II. ET.
PRAESENTI. II. COS.

& mox

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙΣΑΡΙ. Τ. ΑΙΛΙΩ. ΑΔΡΙΑΝΩ.
ΑΝΤΩΝΕΙΝΩ. ΤΟ. Β. ΓΑΙΩ. ΒΡΟΥΤΙΩ.
ΠΡΑΙΣΕΝΤΙ. ΤΟ Β. ΥΠΑΤΟΙΣ.

Unde etiam videmus Bruttium praenomen *Caji* habuisse, (in append. ad marm. Oxon. pag. 305. deest ΓΑΙΩ) & *Antoninum Pium* dictum quoque esse *Hadrianum*, quod usum habet ut tol-

A.U.C.	Chr.	
905	153	latur ἐναντιοφανὲς quorundam locorum in jure noſtro, quibus modo *Divo Pio*, modo *Hadriano* idem adſcribitur. Ceterum in Faſtis editis ad annum v. c. 891. Conſules fuiſſe leguntur Imperator *Antoninus Pius* II, & *Bruttius Praeſens*, nec antea in illis Bruttius Praeſens commemoratur.

Sed Conſulem fuiſſe ſuffectum *Bruttium Praeſentem*, antequam cum *Antonino* conſulatus ejus primus in Faſtis notatur, credibile eſt; ſic ut omiſſo in Faſtis conſulatu ejus primo, quum ſuffectus fuit, primus conſulatus ejus ordinarius is fuerit quem iniit cum Antonino. In inſcriptione autem Conſul II. fuiſſe legitur cum *Antonino*, ubi non ordinariorum modo Conſulum, ſed & ſuffectorum ratio ſaepe habetur, qua de re videri poſſunt quae in Diſſertatione Hypatica notavit vir eximius *Antonius Pagi*.

Legitur in Cenſorino de die natali cap. 21. *Abhinc annos centum Imperatore Antonino Pio II. & Bruttio Praeſente Coſſ.* Ibi etiam non adjungitur conſulatui Bruttii numerus *bis*. Ille annus quo Cenſorinus haec ſcribebat erat, ut ibidem extat, Ulpio & Pontiano Coſſ. Pagius in Critica annalium Baronii ad annum Chriſti 153. ſcribit: *Hic Praeſens alius eſt ab eo qui cum Antonino Pio Conſul fuit*: quod colligit

A. U.C.	Chr.	
905	153	ligit inde quod ſine numerali nota hoc anno ejus conſulatus legatur in duabus inſcriptionibus antiquis, quum ſi antea conſul fuiſſet, debuiſſet dici Conſul II. Vide de nominibus Bruttii Praeſentis Reineſii epiſt. 35. ad Rupertum.

A. U.C.	Chr.	
906	154	L. Aelius Aurelius *Commodus*. T. Sextius *Lateranus*.

Caſſiodor. *Commodus & Lateranus*.

Chronicon Alexandr. Κομμοδῦ καὶ Λατεϱανῦ. Et ſic omnes Faſti.

In inſcript. Gudian. lapis Romae inventus juxta rupem Tarpejam.

MINERVAE.
ERGANAE.
SACRVM.
QVINQVENNALIT . . .
CORPOR.
DENDROFORI. TIGNARI.
CASSARI. SCRINIARI.
SELLVLARI. SCAMBILLARI.
CARPENTARI.
KAL. MART.
L. AELIO. COMMODO. ET. SEX.
SEXTILIO. LATERANO. COS.

 Confer

A.U.C.	Chr.	
906	154	Confer Spon. miſcell. pag. 74. & Fa-brett. IV. 510. pag. 338.
		Fabrett. inſcript. pag. 505. ex latere.
		COMMOD. ET. LATERANO. COS.
		Gruter. inſcript. MXXI.
		ΛΟΥ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ· ΚΟΜΜΟΔΟΥ. ΚΑΙ. ΤΙΤΟΥ. CΕΞΤΙΟΥ. ΛΑΤΕΡΑΝΟΥ.
		Marmor Ceſtrenſe quod exſtat inte marmora Oxonienſia, ab H. *Prideau* edita, pag. 282. hanc praefert inſcri ptionem.
		I. O. M. TANARO. T. ELVPIVS. GALER. PRAESENS. GVNA PRI. LEG. XX. V. V. COMMODO. ET. LATERANO. COSS. V. S. L. M.
		Marmor hoc aeri inciſum exhibet Jaco bus Waraeus, eques auratus, in anno tationibus ad opuſcula S. Patricii, e ditis anno 1656, & ille viderat id eo dem anno Ceſtriae, quo effoſſum eſt id eſt anno 1653 (nam Prideauxiu fatetur literas ejus marmoris fere eva nida

A.U.C.	Chr.
906	154

nidas ſua aetate fuiſſe, & eam ob rem ſe inſcriptionis lectionem debere D. Grenehalg) & ita repraeſentat

I. O. M. TANARO.

T. ELVPIVS. GALER.

PRAESENS. GVN+A.

PRI. LEG. XXV. V̇.

COMMODO. ET.

LATERANO.

COS.

V. S. L. M.

Vult tamen legi LEG. XX. V. V. i. e. *Legionem vigeſimam Valentem* (Valeriam potius) *Victricem*, quam conſtat Ceſtriae ſedem habuiſſe. De GVN+A quid affirmet, ſcribit ſe neſcire: ſed quamvis Prideauxius crucis ſignum in hac voce non exhibeat, & GVNA legat, tamen conjicit ille cujus notas addidit ea indicari regionem Britanniae *Guinetham*, cujus vocis veſtigia clariora conſpiciuntur in lectione Waraei GVN+A.

Hic eſt idem ille Verus, cujus reſcripta paſſim in Pandectis exſtant, qui cum Antonino conjungitur hoc modo, *Imperatores Antoninus & Verus Auguſti reſcripſerunt.*

Eundem hunc noſtrum etiam *Commo-*

A.U.C.	Chr.	
906	154	*dum* fuisse nominatum ex superiore marmore, cui Orosius, Cassiodorus & Chronici Alexandrini auctor consentiunt, aliisque antiquitatum monumentis apparet.

A.U.C.	Chr.	
907	155	C. Julius *Severus* M. Rufinus *Sabinianus*. Suff. ex Kal. Nov. Antius Pollio. Opimianus. l. 1. C. de edendo. *Sabino II. & Severo Conss.* Cassiodor. *Verus & Sabinus.* Chronic. Alexandr. Σεβήρȣ τὸ ϛ΄ καὶ Σαβινιανȣ̃, Severo III. & Sabiniano. *Raderus. At* τὰ ϛ΄, uti notum, numerum senarium indicat. Ita tamen scribebant veteres notam numeri ternarii & senarii, id est Γ & ϛ, ut figura earum non multum differret, uti probat Norisius in epistola consulari, ubi forma utriusque conspicitur. Fast. Florent. min. Σάβονος καὶ Σευῆρος. Fast. Idat. *Severo & Sabiniano.* Fast. anon. *Severo & Sabino.* Gruter. inscript. DCVII. 1. Bernardin. Rutil. in vitis JCtor. vet. pag. 159.

. . . SVB-

A.U.C.	Chr.
907	155

. . . . SVBSCRIPSI. III. NON.
NOEMB. ANTIO. POLIONE.
ET. OPIMIANO.
KOS. ORDINARIIS. SEVERO.
ET. SABINIANO. COS.

Ampliſſimus Cuperus, in epiſtolà præfixa Faſtis Conſularibus Almelovenii, hinc colligit, Severum & Sabinianum fuiſſe Conſules ſuffectos; Pollionem vero & Opimianum ordinarios. At diverſum ſuadere videtur Legis noſtrae ſubſcriptio. In hoc enim, uti in aliis reſcriptis Principum, quae in Codice Juſtinianeo ſunt, ordinariorum Conſulum, non ſuffectorum, nomina ſcribi ſolent: adeoque τὸ ORDINARIIS ad conſules poſteriores referendum eſt.

Montfauconius in palaeographia Graeca pag. 159. Conſulem priorem putat eſſe, qui Γ. ΙΟΥΛΙΟϹ. Γ. ΥΙΟϹ. ΦΑΒΙΑ. ΣΕΟΥΗΡΟϹ dicitur in inſcriptione veteri Ancyrana, id eſt, *Cajus Julius, Caji filius, ex tribu Fabia, Severus.*

Gruter. inſcript. CCCXCIV. 3.

C. COELIO. C. F.
PAL. VERO.
QVAEST. ALIMENT.
C. IVLIO. SEVERO. M.

A.U.C.	Chr.	
907	155	RVFINIO. SABINIANO. COS. III. NONAS. DECEMBRIS.

A.U.C.	Chr.	
908	156	M. Cejonius *Silvanus.* C. Serius *Augurinus.*

Caſſiodor. *Sylvanus & Augurinus.*

Chronic. Alexandr. Σιβϐανȣ̃ καὶ Αὐγȣρινȣ̃.

Faſt. Florent. min. Σȣλιανὸς καὶ Ἀυριανός.

Proſper. chron. Faſti Idat. & anon. *Silvano & Augurino.*

M. Plautius Sylvanus erat nomen conſulis collegae Imp. Auguſti XIII. vide Gruter. inſcript. CVI. 7.

In inſcriptionibus Gudianis ineditis legitur haec,

M. PLAVTIO. SILVANO.
ET. C. IVLIO. SEVERO. COS.

Gruter. inſcript. CXXVIII. 5.

M. CEIONIO. SILVANO.
C. SERIO. AVGVRINO.
COS.

Vide & CXXVI.

In Cuperi epiſt. præfix. Faſt. Almelov. inſcript. 7. hæc eſt.

CERERI.

A.U.C.	Chr.	
908	156	CERERI. ET. ANNONAE. AVG. SEX. PETRONIVS. L. F. QVIR. HERCVLANVS. PRAEF. COHOR. PRIM. ADIVTR. PRAEFEC. PROVINC. HISPANIAE. INFER. PROCVRATOR. PROVINCIAE. CAMPANIAE. ITERVM. PRAEFEC. ANNONAE. D. D. KAL. AVG. IVLIO. SILVANO. ET. M. VIBVLLIO. AVGVRINO. Nota pro *Julio* legitur *Junio* in inſcript. Gudian. unde illa Cuperus deſcripſit. Confer Phlegontem Trallian. de reb. mirab. cap. 10. ubi Meurſius putat Plautium Sylvanum eſſe dicendum, quem Obſequens Publium vocat.

A.U.C.	Chr.	
909	157	*Barbarus.* *Regulus.* Caſſiodor. *Barbarus & Regulus.* Chronic. Alex. Βαρβάρου καὶ Ρηγούλου. Faſt. Florent. min. Βάρβαρος καὶ Ρίγουλος. Faſt. anon. & Proſper. Chron. *Barbaro & Regulo.*

A.U.C.	Chr.	
909	157	Fast. Idat. *Barbato & Regulo.* *Vetulenum Barbarum* hunc consulem vocat Noris. epist. consular. pag, 453. Rupert. epist. ad Reines. pag. 510. Spon. miscell. erud. antiq. pag. 80. Fabretti inscription. p. 138.

*

DEDICATVS. X. KAL.

AVG. BARBARO. ET.

REGVLO. COS.

Id. inscript. pag. 504.

BARBAR. ET. REGVLO. COS.

Ex quibus intelligitur nomen Barbati eliminandum esse ex fastis & BARBARI substituendum.

A.U.C.	Chr.	
910	158	*Tertullus.* Claudius *Sacerdos.*

Claudius sacerdos dicitur alter consul, Norisio epist. cons. pag. 454.

His Consulibus factum est SCtum Tertullianum: vid. Fr. Hotom. de SCtis: quod a nostro Tertullo nomen sumpsit: neque in contrarium facit §. 2. Instit. de SCto Tertull. qui illud Divi Hadriani temporibus factum esse asserit, quum tamen hic consulatus in ultima Antonini Pii tempora incidat,

A.U.C.	Chr.	
910	158	dat, nam & Antoninus Pius adoptionis jure Hadrianus dictus est. Vide Cujac. in notis ad d. §. 2. Inst. de SCt. Tertull. Cassiodor. *Tertullus & Sacerdos.* Chron. Alex. Τερτύλλυ καὶ Σακερδότυ. Fast. Florent. min. Τερτίλλος καὶ Κλημῖνος. Fast. Idat. *Tullo & Sacerdote.* Fast. anon. & Prosperi Chron. *Tertullo & Sacerdote.* Fabrett. inscript. pag. 359. SOLI. INVICTO. DEO. EX. VOTO. SVSCEPTO. ACCEPTA. MISSIONE. HONESTA. EX. NVME RO. EQ. SING. AVG. P. AELIVS. AMANDVS. D. D. TERTVLLO. ET SACERDOTI. COS.

A.U.C.	Chr.	
911	159	Plautus *Quintillus.* Statius *Priscus.* Chronic. Alexand. Κυντίλλυ καὶ Πρίσκυ. Cassiodor. chron. *Quintillus & Priscus.* Fast. Florent. min. Κύντιλλος καὶ Πρίσκος. Fast. Idat. & anon. & Prosperi chron. *Quintillo & Prisco.*

Gruter.

A.U.C.	Chr.	
911	159	Gruter. Inscript. LXVIII. 3.

DEDICAT. IDIB.
IANVAR. PLAVTIO.
QVINTILIO. ET.
(alias QVINTILLO.)
STATIO. PRISCO.
COS.

M. Statius Priscus, legit Noris. in epist. cons.
Est inscriptio apud Tomasinum de *donar. vet. cap.* XX. in qua legitur

SVB. M. STATIO. PRISCO. CONSVLE.
DESIGNATO.

Fabrett. inscript. pag. 509.

QVINTILLO. ET. PRISCO. COS. OF. EX.
PR. PLAVTI. AQVILINI.
OD.

A.U.C.	Chr.	
912	160	T. Clodius Vibius *Varus*. App. Annius Atilius *Bradua*.

Cassiod. & Prosper in chron. *Verus II. & Bradua.*
Fast. Florent. min. Βραλϐας καὶ Ὄυαρνος.
Fast. Idat. *Bradua & Vero.*
Fast. anon. *Bradua & Varo.*
Chron. Alex. Βραδϐσα καὶ Ὀυήρϐ.

Ita

A.U.C.	Chr.	
912	160	Ita etiam nomina VIBII VARI junguntur in inſcript. monument. Patavin. apud Sertorium Urſatum. vide Tomaſin. *de donar. vet. cap.* 8. & inſcriptionem SERVIANO. III. VIBIO. VARO. COS. in faſtis Almelovenianis pag. 241. confer proverbium, *Vara vibiam ſequitur.*
		Inſcriptio monumenti Lugduni in Galliis inventi anno 1704 (vide acta Trevoltienſia *anni* 1705. *art.* 95.) docet *Varum*, non *Verum*, eſſe cognomen Vibii, & utriusque conſulis integra dat nomina
		APP. ANNIO. ATILIO. BRADVA.
		T. CLOD. VIBIO. VARO. COSS.
		De Vibiis Varis vide Reineſium epiſt. 34. ad Rupertum pag. 223.
		Gruter. inſcript. CLXXX. I.
		APPIO. ANNIO. BRADVA.
		T. VIBIO. BARO. COS.
		Boiſſardus Antiqq. Rom. part. III. pag. 99. legit RARO pro BARO.
		Almelovenius in Faſtis pag. 44. & Pagius in Critica annalium Baronii ad hunc annum, putant male legi VARO pro VERO.
		Sed Fabrettus hanc inſcriptionem dat in lib. de aquaeduct.

SVLEVIS

A.U.C.	Chr.	
912	160	SVLEVIS. ET. CAMPESTRIBVS. SACRVM. L. AVRELIVS. QVINTVS. 7. LEG. VII. (X. GEMINAE. VOTVM. SOLVIT. LAETVS. LIBENS. DEDICAVIT. VIIII. K. SEPTEMBRE. (BRADVA. ET. VARO. COS. Sponius in lib. de aris ignotor. Deor. n. 35. & in miscell. pag. 107. hanc inscriptionem profert, sed legit BRADVA. ET. VERO. COS. & hujus inscriptionis auctoritate Pagius seductus legendum esse nomen VERO, non VARO, scripsit. Sed Sponius fatetur se illam hausisse ex schedis Fabretti: quare quoniam Fabrettus ipse VARO legit, hanc lectionem praeferre oportet; & Fabrettus ipse (qui primum reperit hunc lapidem inter araneas & tineas ac luci dedit) in inscriptionibus pag. 690. Sponium illam male descripsisse testatur, & VARO legi non VERO. vide Fabrettum x. III. Fabrettus in inscript. pag. 128. etiam ex Museo Ciampino profert inscriptionem in qua VARVS hic consul dicitur. V. ID. IANVARIAS. APPIO. ANNIO. ATILIO. BRADVA. T. VIBIO. VARO. COS.

Hanc

A.U.C.	Chr.	
912	160	

Hanc inſcriptionem etiam producit Almelovenius in Faſtis pag. 334. ſed fallitur putans eſſe ineditam: nam Fabrettus 1699. Romae edidit.

Βάρβαρον hunc dici pro Βάρον apud Philoſtratum obſervat Meurſius in lection. Atticis cap. VII. ubi multis agit de hoc pari conſulum.

A.U.C.	Chr.	
913	161	

M. Aurelius *Antoninus* Caeſar III.
L. AElius Aurelius *Verus* Caeſar II.

l. 2. C. de alend. liber. ac parentib.

Divis Fratribus A. A. Conſſ.

l. 2. C. de procurat.

Divis Fratribus IV. & III. AA. Conſſ.

Gruteri inſcript. pag. ccc. 1.

M. AELIO. AVRELIO. VERO.
CAESARE. III.
L. AELIO. AVRELIO. COMMODO. II.
COS.

vide & LXIII. 3.

Chronicon Alexandrinum inter Conſulatum Braduae & Veri atque illum Ruſticii & Aquilini Divos Fratres bis facit Conſules hoc modo:

Μάρκος

A.U.C.	Chr.	
913	161	Μάρκυ Αὐρηλίυ καὶ Λυκίυ Κομμόδυ Αὐγύσυ. Μάρκυ Αὐρηλίυ Οὐήρυ καὶ Λυκίυ Κομμόδυ Αὐγύσυ τὸ β'.

Cassiodorus. *Antoninus V. & Aurelius III.* & mox
P. C. Antonini V. & Aurelii III. deinde
Duo Augusti Consules. porro
Rusticus & Aquilinus.

Fast. Florent. min. Ἀντώνιος τὸ γ' καὶ Οὐῆρος τὸ β'.

Fast. Idat. *Antonino V. & Aurelio Caes. duobus Augustis.*

Prosper chron. *Antonino III. & Aurelio III.*
P. C. Antonini III. & Aurelii III. Duobus Augustis.

Huc facit & inscriptio quam Joannes Vignolius, custos bibliothecae Vaticanae, inscriptionibus suis selectis inseruit, quas subjunxit descriptioni Columnae Antonini, nuper Romano ex solo erutae atque erectae, pag. 323.

LOCVS. DATVS. EX. AVCTORITATE. (FLAVI.
LONGINI. CL. V. CVR. P. ADSIGNATA.
N. VALERIO. PVDENTE.
IIVIR. CVRAT.

X. KAL.

A.U.C.	Chr.
913	161

X. KAL. APRIL.
IMP. CAESARE. M. AVRELIO.
ANTONINO. AVG. III.
ET. IMP. CAESARE. L. AVRELIO.
VERO. AVG. II. COS.

Vide etiam in Altingii notitia Germaniae pag. 66. & 92. inſcriptionem columnae miliariae in Batavia noſtra ad vicum Monſter repertae, in qua conſulatus hic Marci tertius & Lucii ſecundus legitur.

Fabret. inſcript. pag. 513.

IMP. ANTONIN. ET. VERO.
COS.

Idem pag. ead. quartum conſulatum Antonini & ſecundum Veri junctum dat ex latere veteri

ANT. IIII. ET. VER. II.
COS.

Id. pag. 684. ex ſcapo columnae.

ONINO. III. ET. VERO. II. COS.
P. C.

Boiſſardus antiqq. part. IV. pag. 88.

IMP. CAES. M. AVRELIO.
ANTONINO. I. IMP. VERO.
AVGVSTO. COS. II.

C Hinc

A.U.C.	Chr.	
913	161	Hunc consulatum videmus dici *duobus Augustis* in catalogo Pontificum Romanorum. *Pius . . . . a consulatu Clari & Severi usque duobus Augustis.* Nunquam antea fuerant duo Augusti consules. Eutropius histor. VIII. 5. *Post hunc* (T. Antoninum Fulvium, Pium nominatum) *imperavit M. Antoninus Verus . . . & cum eo L. Annius Antoninus Verus, tuncque primum Romana respublica duobus aequo jure imperium administrantibus paruit, cum usque ad eos singulos semper habuisset Augustos.* Deinde narrat Verum Marci Antonini filiam in matrimonium habuisse M. autem Antoninum generum fuisse Antonini Pii per uxorem, Verum triumphasse *cum fratre eodemque socero*, & cum obisset *inter Divos* relatum. Hinc est nomen *Divorum fratrum.* De quo vide Pii Antonii Bartolini cap. 58. auctarii in syllogen Jacobi Bononiensis. Vario modo utriusque hujus Augusti nomen scribitur tum in jure nostro tum alibi. Appellantur *Divi Marcus & Verus*, *D. Marcus & Lucius Imperatores*, *D. Marcus & L. Verus*, *Imperatores Antoninus & Verus.* Lucium Verum etiam Commodum dictum esse quidam negant (& videtur certe, ubi legitur *Imp. Antoninus & Commodus filius rescripserunt*, per Commodum non Lucius Verus, sed Commodus

A.U.C.	Chr.
913	161

modus qui Lucio Vero successit intelligendus) sed & inscriptiones veteres & Capitolinus contrarium ostendunt. Nomen Antoninorum, quod multis Imperatoribus commune fuit, confusionem etiam hac parte efficit. Sic quando legitur *Divi Severus & Antoninus rescripserunt*, is Antoninus est qui Caracalla vulgo dicitur.

A.U.C.	Chr.
914	162

Junius *Rusticus.*
C. Vettius *Aquilinus.*

Suff. ex Kal. Jul. Q Flavius Tertullus. vide Noris. Epist. Consul. pag. 455.
l. 3. C. de alend. lib. ac parentib. subscriptionem hanc habet

Rustico & Aquilino Conss.

Chronic. Alexandr. Ρȣςικίȣ καὶ Ἀκυλίνȣ.
Cassiodor. *Rusticus & Aquilinus.*
Fast. Florent. min. Ρȣςίκιος τὸ β΄. καὶ Ἀκȣλῖνος.
Fast. Idat. *Rufino & Aquilino.*
Prosper Chronic. *Rustico & Aquilo.*
Fast. anonym. *Rustico & Aquilino.*
Rusticum iterum consulem faciunt fasti Florentini minores. Capitolinus in Marco etiam scribit *Junium Rusticum* ab eo *consulem iterum designatum.*

Gruter. inscript. CCLXXXVI 7.

A.U.C.	Chr.	
914	162	DEDICATA. PRIDIAE. NONAS. NOVEMBREIS. RVST. . . . . II . . . . LINIO. COS. vide Reinesii epist. ad Rupert. pag. 215. ubi de Rusticis plura inveniuntur, & Ruperti responsum pag. 421. & idem de Vectiis agit pag. 653.

A.U.C.	Chr	
915	163	L. *Aelianus*. *Pastor*. Cassiodor. *Laelianus & Pastor*. Error fortasse ex τῷ L. Aelianus, uti *Agellius* natum ex A. GELLIVS. Chronic. Alex. Αἰλιανῦ καὶ Πάστωρος. Fast. Florent. min. Κογλιανος καὶ Πάστωρ. Fast Idat. *L. Aeliano & Pastore*. Prosper. Chronic. *Laeliano & Pastore*. Fast. anonym. *Lolliano & Pastore*. Gruter. inscript. CXXVI. L. AELIANO. ET. PASTORE. Q̄. Q̄. COS. Adde Cuperi epist. praefixam fastis Almelovenii, inscript. IV. in qua mentio Consulatus L. AELIANI, cui tamen M. AVRELIVS collega datur. En ipsam inscriptionem. PLVTONI.

A.U.C.	Chr.	
915	163	PLVTONI. NERVIANO. ET. PROSERPINAE. NERVILANIAE. SACRVM. KAL. IVN. L. D. D. D. AMITERN. M. AVRELIO. ET. L. AELIANO. COS. NERVLANIA. OLYMPVSA. SACERDOS. ET. NERVIANVS. FEROX. HIEROPHAN. add. Reinef. infcript. 234. claff. 1. pag. 218. ubi eadem infcript. paullo aliter.

A.U.C.	Chr.	
916	164	M. Pompejus *Macrinus.* P. Juventius *Celfus.*

Caffiodor. *Macrinus & Celfus.*
Chronic. Alex. Μακρίνȣ καὶ Κέλσȣ.
Faft. Idat. *Macrino & Celfo.*
Profper. Chronic. *Macrino & Celfo.*
Faft. anonym. *Macrino & Celfo.*

Sola Macrini ac Celfi cognomina retinenda funt quousque eorum familiae e vetuftis monumentis apparebunt. Ita fcribit Norif. in epift. conf.

Fabrettus infcript. pag. 507. iftis Norifii verbis recenfitis addit fe certius tria utriusque confulis nomina pandere ex fequenti lateris figno, in quo legitur

M. PONPEIO. MACRI.
P. IVVENT. CELS. COS.

A.U.C.	Chr.	
917	165	L. Arrius *Pudens.* M. Gavius *Orfitus.* Caſſiod. *Orphitus & Pudens.* Chronic. Alexandr. Ορφίτȣ καὶ Πȣ́δεντος. Faſt. Florent. min. Ὄρφιτος καὶ Πȣ́δενος. Faſt. Idat. *Orfito & Pudente.* Faſt. anonym. & Proſp. chron. *Orfito & Pudente.* Gruter. Inſcript. DCCLI. 3. PVDENTE. ET. ORFITO. COS. ibid. MXXXII. 6. AD. XII. K. MART. M. GAVIO. ORFITO. L. ARRIO. PVDENTE. COS. Spon. miſc. erudit. antiq. pag. 33. M. GAVIO. ORFITO. L. ARRIO. PVDENTE. COS. &c.

A.U.C.	Chr.	
918	166	Q. Servilius *Pudens.* L. Fufidius *Pollio.* l. 3. ff. de his quae in teſtament. delent. *Pudente & Pollione Conſſ.* Faſt. Idat. *Pudente & Pollione.* Caſſiod. *Pudens II. & Pollio.* Chronic. Alex. Πȣδέντος τὸ β' καὶ Πολλίωνος.

Faſt.

A.U.C.	Chr.	
918	166	Fast. Florent. min. Πούδεντος καὶ Πολλίων. Prosper. Chronic. *Pudente II. & Pollione.* Fast. anonym. *Pudente & Pulione.* Gruter. inscript. MIX. 12. Noris. epist. cons. 457. SERVILIO. PVDENTE. L. FVFIDIO. POLLIONE. COS. Spon. miscell. erudit. antiq. pag. 33. unde praenomen Quinti discimus & alia nomina consulum confirmantur Q. SERVILIO. PVDENTE. L. FVFIDIO. POLLIONE. &c. Idem pag. 34. aliam inscriptionem refert in qua idem legitur.

A.U.C.	Chr.	
919	167	Imp. Lucius Aurel. *Verus III. Quadratus.* Chronic. Alexandr. Μάρκου Αὐρηλίου Οὐήρου τὸ γ΄ καὶ Κουαδράτου. Cassiodor. *Verus III. & Quadratus.* Fast. anonym. *Vero III. & Quadrato.* Fast. Florent. min. Λούκιος τὸ γ΄ καὶ Κοδράτος. Fast. Idat. *Vero III. & Quadrato.* Prosper. Chronic. *Vero IV. & Quadrato.*

A.U.C.	Chr.	
919	167	De hoc consule Quadrato, cujus pater vel patruus erat Statius Quadratus, proconsul Asiae hoc anno, sub quo passus est Polycarpus, multa habet Cl. Le Moine in prolegomenis ad varia sacra.

A.U.C.	Chr.	
920	168	T. Junius *Montanus.* L. Vettius *Paullus.*

Cassiodor. *Apronianus & Paulus.*
Chronic. Alex. Ἀπρωνιανοῦ καὶ Παύλου.
Fast. Flor. min. Ἀπρονιανὸς τὸ β′ καὶ Παῦλος τὸ β′.
Fast. Idat. *Aproniano & Paulo.*
Prosper. Chronic. *Aproniano & Paulo.*
Fast. anonym. *Aproniano & Paulo.*
Pagius in Crit. annal. Baron. scribit forsitan Apronianum esse eundem cum Montano.
Ferret. Mus. lapidar. pag. 27.

DEDIC. III. KAL. IVL.
L. VETTIO. PAVLLO.
T. IVNIO. MONTANO. COS.

Factum est hoc tempore SCtum Apronianum, cujus mentio fit in l. 26. ff. ad SCt. Trebell. nisi malis referre ad A. U. C. 943. vid. Hotom. de SCtis.

Q. Sosius

A.U.C.	Chr.	
921	169	Q Sosius *Priscus*. P. Caelius *Apollinaris*:

l. 1. C. de necessar. serv. heredib. inst. subscripta est

Prisco & Apollinare Coss.

Chronic. Alex. Πρίσκȣ καὶ Ἀπολιναρίȣ.
Cassiodor. *Priscus & Apollinares.*
Fast. Florent. min. Πρίσκος καὶ Ἀπολλινάριος.
Fast. Idat. & Prosp. chron. *Prisco & Apollinare.*
Fast. anonym. *Prisco & Apollinare.*

Gruter. inscript. CCC. 1.

Q. SOSIO. PRISCO. P. CAELIO.
APOLLINARE. COS.
P. R. C. A. DCCCCXXII.

ibid. CCCXXX. 2.

DEDIC. III. IDVS. AVG. SOSIO.
PRISCO. ET. CAELIO. APOLLINARE.
COS.
CVRATORE. Q. SERVIO. TROPHIMO.

ibid. MLXXXIX. 6. Ferret. Mus. lapid. pag. 209.

DEDIC. III. IDVS. AVG. SOSSIO. PRISCO.
ET. CAELIO. APOLLINARI. COS.

A.U.C.	Chr.	
921	169	CVRATORE. Q. SOSIO. AVGVSTIANO.

Fabrett. inſcript. pag. 494 ex fragmento nuper, ut ſcribit, reperto, ubi etiam annus poſt Romam conditam aſſignatur,

P. CAELIO. APOLLINARE. COS.
R. C. A.
DCCCCXXII.
Q. CLODIVS. MARCELLINV . . . .
COOPTATVS.
FABIO. CILONE. II. FLABIO. LIBONE.
P. R. C. ANN. DCCCCL . . .
M. VALERIVS. PAETVS. AQVI . .
COOPTATVS.
C. IVLIO. ASPRO. II. C. IVLIO. ASP . .
P. R. C. ANN. DCCCCLX. . .

Ex eo quod in his duobus lapidibus annus urbis conditae 922. cum hoc conſulatu jungatur ne credas faſtos male eſſe digeſtos qui illum annum cum hoc conſulatu non jungunt: nam unius anni differentia eſt in modo ſupputandi diverſo apud veteres.

A.U.C.	Chr.	
922	170	M. Cornelius *Cethegus*. C. Erucius *Clarus*.

Ita Noriſ. epiſt. conſul. p. 458.

l. 1.

A.U.C.	Chr.	
922	170	l. 1. C. de petit. hereditat.

Claro & Cethego Conss.

Hic in transitu notandum inscriptionem hujus legis vitiosam esse, legendam *Imp. M. Aurel. Antoninus, A.* vid. Raevard. var. lib. 3. cap. 10. n. 8. & Ezech. Spanhem. exerc. ad constitut. Antonini Imp. pag. 68.

Chronic. Alex. Καθήγȣ καὶ Κλάρȣ.

Cassiodor. *Cethegus & Clarus.*

Fast. Flor. min. Κλάρος καὶ Κέθηγος.

Fast. Idat. *Cethego & Claro.*

Prosper. chronic. *Cethego & Claro.*

Fast. anonym. *Claro & Cethego.*

Spon. miscell. erud. antiq. ex lapide Foroliviensi

M. AVRELIO. CETHEGO.
L. IVNIO. CLARO. COS.

Fabrett. inscript. pag. 504. ex latere veteri.

CLA. ET. SEV. COS.

Idem lapidem Foroliviensem memorat in quo legitur.

M. CORNELIO. CAETEGO.
C. ERVCIO. CLARO.
COS.

Gruter. inscript. CXXVI.

CLARO

A.U.C.	Chr.	
922	170	CLARO. ET. CETHEGO. COS.

Noris. epist. cons.

M. CORNELIO. CETHEGO. C. ERVCIO. CLARO. COSS.

Gruter. inscript. CLXXXIII. 1. Onuphr. in descript. Rom. lib. 1. pag. 22.

L. IVN. CLARO. ET. AVR. SEVERO. COS. CASTRVM. PRAETORIVM. P. LXX.

Gruter. inscript. CLXXXIII. 2.
Onuphr. in descript. Rom. lib. 1. p. 22.

CLARO. ET. SEVERO. COS. QVADRAT. SER. FEC. CASTRVM. PRAETOR. P. CC.

A.U.C.	Chr.	
923	171	L. Septimius *Severus II.* L. Alfidius *Herennianus.*

Ita Noris. epist. cons. pag. 458. ex inscript. vet.

L. ALFIDI. HERENNIANI.

Cassiodor. *Severus & Herennianus.*
Chronic. Alexandr. Σεβήρου καὶ Ερεννιανοῦ.
Fast. Flor. min. Σευῆρος καὶ Ερενιανός.
Fast. Idat. *Severo & Herenniano.*
Prosper. Chronic. *Severo & Herenniano.*
Fast. anonym. *Severo & Herenniano.*

Maxi-

A.U.C.	Chr.	
924	172	*Maximus.*
		Orfitus.

Caſſiodor. *Orphitus & Maximus.*
Chronic. Alexandr. Ὀρφίτȣ τὸ β′ καὶ Μαξίμȣ.
Faſt. Flor. min. Ὄρφιτος καὶ Μάξιμος.
Faſt. Idat. *Orfito & Maximo.*
Proſper. Chronic. *Orphito & Maximo.*
Faſt. anonym. *Orfito & Maximo.*

Gruter. inſcript. CXXVI.

MAXIMO. ET. ORFITO. COS.

Ibidem CCCCXIX. 5.

CVRANTIBVS.
C. ALLIANO. TIBVRTINO.
M. HELVIO. EXSPECTATO.
DEDIC.
III. ID. MAI. MAXIMO. ET.
ORFITO. COS.

Ibidem inſcript. MXIV. 1.

FORTVNAE. REDVCI.
... RVFVS. COL. DISP. SVMMAR.....
TEMPLVM. OMNI. CVLTV. EXORNAVIT.
ARAM.
DE. SVO. MAXIMAM. POSVIT. IDEMQVE
DECRETO.

ORDINIS.

A.U.C.	Chr.	
		Fast. Idat. *Albino & Aemiliano.*
		Prosper. chronic. *Albino & Aeliano.*
		Fast. anonym. & Bucher. fragm. *Albino & Aemiliano.*
		Gruter. inscript. cxv. 9.
		SIG. PRO. SA. S. V. L. L. M. ALBINO. ET. AEMILI. COS.

Gru-

A.U.C.	Chr.	
958	206	Gruterus hoc par consulum ita memorat, uti in Pandectis scribitur nisi quod in iis prior legatur Aemilianus. Vide & Boissardum part. VI. pag. 104. antiq. Rom.

TI. CLAVDIVS.
CHRESIMVS· OB· HON.
QVINQVENNALITATIS·
COLLEGIO· DENDROPHOR·
ROMANOR· QVIBVS· EX.
S· C· COIRE· LICET. ARGEN
TI· P· X· ET· HS· MILIA· N.
REDDEDIT.
QVAE· DIVISA· SVNT' POPVLO. PER.
(GRADVS.
X· AVG· COLLEGI· N·
NVMMIO· ALBINO· ET. FVL· AEMILIANO.
COS·

Montfauconius in palaeographia Graeca pag. 161. de Aemiliano consule loqui autumat inscriptionem veterem, in qua *L. Fulvius Rusticus Aemilianus* dicitur.

Λ. ΦΟΤΛΤΙΟΝ. ΡΟΤ
ΣΤΙΚΟΝ. ΑΙΜΙΛΙΑ
ΝΟΝ. ΠΡΕΣΒ. ΣΕΒΑ . .
ΤΗ. ΣΤΡΑ. ΥΠΑΤΟΝ. ΗΒΟΥ

ΑΗ.

A.U.C.	Chr.
958	206

ΛΗ. ΚΑΙ. Ο. ΔΗΜΟΣ. ΤΗΣ. ΜΗ
ΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΑΓΚΥ
ΡΑΣ. ΤΟΝ. ΕΑΥΤΩΝ.
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ. ΕΠΙ. ΜΕ
ΛΟΥΜΕΝΟΥ
ΤΡΕΒΙΟΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

Circa haec tempora eadem gens Fulvia consulem tulit Fulvium Diogenianum, qui vir consularis erat imperante Macrino, ἐκ τῶν ὑπατευκότων. vide Dionem. Idem meminit & Eutychiani, qui ter consul fuit imperante Avito: sed hic quoque in fastis nomen non habet: nam is Eutychianus qui A. U. C. 1151. consul fuit, serius vixit.

A.U.C.	Chr.
959	207

Aper.
Maximus.

Horum nomina subscribuntur
l. 4. C. de procuratorib.
l. 6. C. de negot. gest.
l. 2. C. ubi caus. fiscal.
l. 1. C. de pignorat. action.
l. 2. C. solut. matrimon.
l. 1. C. de testam. tutel.
l. 2. C. de administr. tutor.
- - quae res pign. oblig. poss.
l. 1. C. debitor. vendit. pignor. imped. non poss.

l. 1.

A.U.C.	Chr.	
959	207	l. 1. C. de litigiosis.

Apro & Maximo Conss.

l. 2. C. de fidejuss. & mandator.

Apro II. & Maximo Conss.

Fast. Flor. min. Ἄπρων καὶ Μάξιμος.
Cassiodor. *Aper & Maximus.*
Chronic. Alex. Ἄπρου καὶ Μαξίμου.
Fast. Idat. & anonym. *Apro & Maximo.*
Prosper in chronico hos omittit.
Bucher. fragment. *Caro & Maximo.*

Gruter. CIII. 6.

DEDICANTE.
EGNATIO·
VICTORE·
LEG. AVGG.
PR· PR.
ET· CL.
PISONE. I·
LEGATO· LEG·
V· IDVS· IVNIAS.
APRO· ET· MAX·
COSS.

A.U.C.	Chr.	
960	208	Imp. M. Aurelius *Antoninus* Aug. III.

P. Septimius *Geta* Caesar II.

l. 9. & 10 C. ex quib. cauſ. infam. irrog.
l. 4. C. quand. dies legator.
- - de pignorib. & hypothec.
l. 2. C. de remiſſ. pignor.
l. 3. C. de fidejuſſor. & mandator.

Antonino A. III. & Geta III. Conſſ.

l. 2. C. de his quib. ut indign.

Antonino A. & Geta III. Conſſ.

l. 1. C. de ſentent. & interloc. omn. jud.

Anton. A. III. & Geta CC. Conſſ.

Caſſiodor. *Antoninus III. & Geta III.*
Chron. Alexandr. Ἀντωνίνȣ τὸ γʹ καὶ Γέτα τὸ γʹ.
Numerus ternarius conſulatui Getae paſſim male adſcribitur. Vide quae dixi ad annum 205.
Faſt. Flor. min. Ἀντώνιος τὸ γʹ καὶ Γέτας τὸ βʹ.
Faſt. Idat. & Proſper. chronic. *Antonino III. & Geta III.*
Faſt. anonym. & Bucher. fragm. *Antonino III. & Geta II.*
Auguſtea dignitas Getae fratri a Severo conceſſa eſt hoc anno, uti Pagius in Critica annalium ſcribit; verum AV-

A.U.C.	Chr.	
960	208	GVSTI nomen in titulis legum hoc & sequenti anno latarum non apparet.

Gruter. inscript. CXXX. 8.

ANTONINO
III. ET. GET. COS.

ibid. MXVII. 3.

ANTONI
III. ET. GETA.
COSS.

ibid. XLV. 13.

IMP. ANTONINO. PIO. AVG. III. ET.
GETA. NOBILISSIMO. CAES. II. COS.

A.U.C.	Chr	
961	209	Civica *Pompejanus.* Lollianus *Avitus.*

l. un. C. de privileg. dot.
l. 1. C. de his qui in prior. credit. loc. succ.

Pompejano & Avito Conss.

Cassiodor. *Pompejanus & Avitus.*
Chronic. Alexandr. Πομπηιανȣ̃ καὶ Ἀττȣ̃.
Fast. Flor. min. Πομπιανὸς καὶ Ἄβιτος,
Fast. Idat. Prosper. chronic. Fast. anonym. & Bucher. fragm. *Pompejano & Avito.*

Vignoli

A.U.C.	Chr.	
961	209	Vignoli inſcript. ſelect. pag. 310.

AVREL· MVCIANO·
MIL· COH· V. PR·
BARBATI· MILITA
RE· COEPIT· POMPE
IANO· ET· AVITO. COS·
ANN. XV· VIXIT. ANN.
XLV· NATVS· TREM
ONTIAE· CL· PAVLINA.
COIVGI· KARISSIMO.
EX· TESTAMENTO·
FECIT·

Budae in Hungaria extat inſcriptio quae legitur inter Gudianas

MINERVAE· SERVATRICI·
SACRVM.
* *
CIVICA· POMPEIANO· ET· LOLLIANO
AVITO· COS.

Spon. miſcell. erud. antiq. pag. 40.

POMPEIANO· ET· AVITO·
COSS. KAL· IAN.

Lollianus hic avitus alter eſt ab Lolliano Avito conſule a. Chriſti 144. de quo Apulejus apolog. 1. *quum Lolliano*

A.U.C.	Chr.	
961	209	*no Avito* c. v. *praesente publice differe* *rem.* & de quo Capitolinus in Pert nace, scribens *per Lollianum Avitur consularem virum patris patronum ducen di ordinis dignitatem petii.* De hoc au tem & aliis Pompejanis vide Reine epist. ad Rupertum pag. 466. Nor sius in epistola consulari pag. 46 consules hujus anni nuncupat *Cla dium Pompejanum & Avitum.*

A.U.C.	Chr.	
962	210	MV. (sive *Man.*) Acilius *Faustinu* Triarius *Rufinus.*

l. 1. C. de bonis libertor.
l. 2. C. de contrah. & committ. stipul.
l. 3. C. de evictionib.
l. 4. C. de donationib.

Faustino & Rufino Conss.

l. 2. C. de judiciis.
l. 1. C. de rei vindicat.

Faustino & Rufo Conss.

Cassiodor. *Faustinus & Rufus.*
Chron. Alexandr. Φαυστίνου καὶ Ρουφίνου.
Fast. Flor. min. Φαυστῖνος καὶ Ρουφῖνος.
Fast. Idat. Prosper. chronic. Fast. ano nym. & Bucher. fragm. *Faustino & Rufino.*

Gruter. inscript. ccc. 1.

M. ACILI

A.U C.	Chr.	
962	210	M. ACILIO. FAVSTIN. . . . . TRIARIO RVFINO. COS. M. ANTONIVS RVFINVS COOPTATVS. P. R. C. A. DCCCCLXII.

Confer Gruter. inſcript. CCCXLIV. 4. quam vide ſupra ad annum 152. ubi M. quod praenomen facit, ita ſcribitur ut MV videatur: eſtque praeno men *Manius*, quod ita ſcribi ſolet.

Lapis apud Vetera repertus. Alting notitia German. inferioris pag. 41.

* *

SIGNIFER. LEG. XXX. D. D.
FAVSTINO. ET. RVFINO.
COSS.

A quibusdam Rufinus appellatur C.Caeſonius Macer Rufinianus, & huc referuntur hae inſcriptiones.

Gruter. CCCLXXXI. 3. Ferret. Muſ. lapidar. 283.

L. CAESONIVS. C. F. QVIRINA. LVCIL
(LVS
MACER. RVFINIANVS. COS. &c.

ibid. n. 1.

C. CAESONIO. C. F. QVIR. MACRO.
RVFINIANO. CONSVLARI. &c.

A.U.C.	Chr.	
963	211	Q. Epidius Rufus Lollianus *Gentianus.*

Pomponius *Bassus.*

l. 4. C. Gregor. tit. incert.
l. 1. C. de transactionib.
l. 2. C. de dol. mal.
l. 5. C. de inoff. test.
l. 1. C. de servitut. & aqua.
- - commun. utr. judic.
- - ad SCt. Vellejan. -
l. 3. C. de legat.
l. 1. C. de his quae sub mod. leg.
l. un. C. de confess.

Gentiano & Basso Conss.

l. 1. C. de requir. reis.

Tusco & Basso Conss.

Cassiodor. *Gentianus & Bassus.*
Fast. Flor min. Γεντιανὸς καὶ Βάσσος.
Chronic. Alex. Γεντιανȣ̃ καὶ Βάσσȣ.
Fast. Idat. Prosper. chronic. Fast. anonym. & Bucher. fragm. *Gentiano & Basso.*
Julius Capitolinus in Pertinace. *Aggressus eum Lollianus Gentianus consularis.* Ad quae Casaubonus notat: *Est is qui ultimo Severi anno consul fuit cum Basso. Assentior enim Onuphrio quem consule. Alius ab isto Lollius Gentianus cujus meminit Victor Junior in Pertinace, sic enim nominat quem initio hujus libri Capitolinus*

A.U.C.	Chr.	
963	211	*tolinus Lollianum Avitum consularem : atque, ut puto, vel erravit eo loco Victor vel qui eum exscripsit.*

Gruter. inscript. XXIV. 7. & Aventini annal. Bojorum pag. 56. Tomasinus de donar. vet. cap. 3.

IVNO. R. ET. MINER. SAC.
GENIO. COH. III. BRIT. ARAM.
T. FL. FELIX. PRAEF. EX.
VOTO. POSVIT. L. M.
DEDICAVIT. KAL. DEC.
GENTIANO. ET.
BASSO. CoS.

Gruter. inscript. CCCCIV. 6.

Q. EPIDIO. L. F. POL. RVFO.
LOLLIAN. GENTIANO.
AVGVRI. COS. PROCOS. PROV.
LVGDVNENSIS. COMITI.
IMPP. SEVERI. ET. ANTONINI.
AVGG. LEG. LEG. XX.

idem inscript. CCCCXVII. 5. Ursat. de not. Roman. p. 603.

Q. HED. L. F. POL. RVF.
LOLLIANO. GENTIANO.
AVGVRI. COS. PROCOS.

A.U.C.	Chr.	
963	211	

ASIAE· CENSITORI.
PROV. LVG· ITEM· YGD·
COMITI· SEVERI· ET·
ANTONINI· AVGG·
&c.

Reinef. Claff. VII. infcript. XVI. pag. 476. & in epift. ad Rupert. p. 337.

P· AELIVS· CHRESTVS.
ET· CORNELIA· PAVLA·
HOC· SCALARE· ADPLICITVM. HVIC.
SEPVLCRO· QVOD· EMERVNT· A. FISCO
AGENTE· AGATHONICO· PROC· AVGG.
NN. QVOD· HABET· SCRIBTVRA. INFRA
SCRIBTA· GENTIANO. ET· BASSO· COSS.
VII· KAL. APR.
&c.

Spon. in aris ignot. Deor. & in mifcell. pag. 84.

SILVANAB· ET·
QVADRIBIS· &c.
. . . .
RESTITVIT.
GENTIANO· ET· BASSO·
CoS.

Aventin. annal. Bojorum pag. 56.

KAL.

A.U.C.	Chr.	
963	211	KAL. DEC. GENTIANO. ET BASSO. CONS.
		Pomponii Baſſi meminit Dio in vita Aviti, ſeu Elagabali.

A.U.C.	Chr.	
964	212	C. Julius *Aſper* II. C. Julius *Aſper*.

l. 1. C. de jur. & fact. ignor.
l. 1. C. quib. ex cauſ. major.
l. 6. C. de inoffic. teſtam.
l. 1. C. de inſtitor. & exercit. action.
l. 1. & 4. C. de donat. int. vir. & uxor.
l. 2. C. de teſtamentar. tutel.
l. 3. C. de adminiſtr. tutor.
l. 1. C. de ſuſpect. tutorib.
- - arbitr. tutel.
l. 2. C. de in lit. jurand.
- - de contrar. judic. tutel.
l. 1. C. de praed. & al. reb. minor.
- - de magiſtrat. conveniend.
l. 4. & 5. C. de oper. libertor.
l. 1. C. de teſtam. milit.
l. 2. C. de heredib. inſtit.
l. 1. C. de fideicommiſſ.
l. 2. C. de uſur. & fructib. legator.
l. 1. C. de poen. judic. q. mal. judicav.
- - de liber. exhibend.
l. 5. C de pignorib. & hypothec.
l. 2 C. qui potior. in pignor
l. 1. C. de except. ſeu praeſcript.

A.U.C.	Chr.	
964	212	l. 1. C. de ſolut. & liberat.

Duobus Aſperis Conſſ.

l. 1. C. Gregor. de petit. heredit.
l. 5. C. de procuratorib.
l. 3. C. ſi alien. res pignor. dat. ſit.
l. 1. C. de acceptilat.
l. 4. & 5. C. de evictionib.
l. 1. C ad L. Cornel. de falſ.
l. 1. C. de his qui ſib. adſcrib.
- - de bon. cor. qui mort. ſib. conſciv.
l. un. C. de ſentent. adverſ. fiſc. lat.

Duobus Aſpris Conſſ.

l. 4. C. de edendo.

Duobus & Aſpris Conſſ.

Dele τὸ &.

Caſſiodor. *Duo Aſpri.*
Chronic. Alex. Ἄπρου τὸ β' καὶ Ἄπρου.
Faſt. Flor. min. Ἄσπρος καὶ Ἄσπρος.
Faſt. Idat. Proſper. chronic. Faſt. anonym. & Bucher. fragm. *Duobus Aſpris.*

Gruter. inſcript. CXXXII. I.

. . . . . O· MIVI·
. . . . . CL· M·
. . . . . VICTORE·
C . . . . . VITA·
V· S· L· M· DV

OBVS.

A.U.C.	Chr.
964	212

OBVS· ASPRIS·
COS· IDIBVS· IVNIS·

Fabrett. inſcript. pag. 51. ex cippis ad viam Latinam.

C. IVLIO. . . .
ASPRO . . . .
QVAES· TR· PL. . . .
. . . .

ibid.

C· IVLIO· ASPRO·
COS· PRAETORI·
CVRATORI· VIAE·
APPIAE· SODALI.
AVGVSTALI· TRIB.
PR· PR· QVAESTORI·
PROV· AFRICAE· CV
RATORI· AEDIVM· SACR.
SEX. VMIDIVS.
ARTEMIDORVS·
AMICO·
INCOMPARABILI·

ibid.

IVLIO· CN· F· PO.
ASPRO.
PR· PR· PLEBIS·

QVAEST.

A.U.C.	Chr.	
964	212	QVAEST· PROVINCIAE· AFRICAE. CVR· AED· SACRAR· CORNELIVS. AMICO· INCOMPA RABILI.

idem inscript. pag. 494. ex fragmento nuper reperto, quod in Archivis basilicae Vaticanae est.

M· VALERIVS· PAETVS· AQVI. . .
COOPTATVS·
C· IVLIO· ASPRO· II· C· IVLIO· ASP...
P· R· C· ANN· DCCCCLX. . . .

Hinc discitur Caji praenomen habuisse utrumque Asprum, quod Fabrettus ad correctionem fastorum notavit. Norisius in epist. consulari putavit alterum ex his Aspris Cneum dictum esse quia filii erant Cnei Julii Aspri, & quispiam filiorum vulgo praenomen patris ferebat.

A.U.C.	Chr.	
965	213	Imp. M. Aurelius *Antoninus* Aug. IV. D. Caelius Balbinus II.

Suff. ex Kal. Mart.

M. Antonius *Gordianus*. Maji.

A.U.C.	Chr.
965	213

Maji.

Helvius *Pertinax.*

Suffecti consules ad hunc annum referuntur Gordianus & Pertinax. *Consulatum primum iniit (Gordianus) cum Antonino Caracallo, secundum cum Alexandro.* Capitolin. in trib. Gordian. cap. 4. & paullo ante: *Ipse ex consulatu quem egerat cum Alexandro ad proconsulatum Africae missus est ex senatusconsulto.* Sed uterque hic consulatus fuit suffectus. *Helvium Pertinacem suffectum consulem ob hoc solum quod filius esset Imperatoris occidit.* Scribit Spartianus in vita Imp. Antonini qui Caracalla dictus est.

l. 1. C. Gregor. de Pact. & transact.
- - de Judaeis & coelicol.
l. 5. 6. & 7. C. de pactis.
l. 2. C. de transactionib.
l. 1. C. de advocat. fisc.
- - de recept. arbitr.
l. 4. & 5. C. de petit. heredit.
l. 2. C. de rei vindicat.
l. 3. C. de usufr. & habit.
l. 1. C. commun. divid.
- - de religios. & sumpt. fun.
- - de reb. credit.
l. 1. & 2. C. de condict. indeb.
l. 1. C. de fid. instrument.
l. 2. & 3. C. ad SCt. Vellejan.
l. 2. C. de jur. dot.

l. 2.

A.U.C.	Chr.	
965	213	- - de pact. convent.
		l. 2. & 3. C. de donat. int. vir. & uxor.
		l. 1. C. de fund. dotal.
		- - in quib. cauſ. tut. v. cur. hab. tut. v. cur. det.
		l. 4. C. de adminiſtr. tutor.
		l. 1. C. quand. ex fact. tutor.
		l. un. C. ne tut. v. curat. vectig. conduc.
		l. 2. C. arbitr. tutel.
		l. 2. & 3. C. de heredit. tutor. v. curator.
		l. 1. C. de uſur. pupillarib.
		- - quand. tut. v. curat. eſſ. deſin.
		l. 2. & 3. C. de teſtam. milit.
		l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit.
		l. 1. C. de poſthum. heredib. inſtit.
		l. 4. & 5. C. de legatis.
		l. 10. C. de uſur.
		l. 1. C. de verbor. & rer. ſignif.
		- - de falſ. cauſ. adject.
		- - de uſucap. pro emptor.
		- - de re judicat.
		- - comminat. epiſtol. programm.
		- - quor. appellat. non recip.
		l. 2. & 3. C. de privileg. fiſc.
		l. 1. C. de revocand. his quae in fraud cred.
		l. 6. C. de pignorib. & hypothec.
		l. 1. C. in quib. cauſ. pign. v. hyp. tacit. contr.
		l. 4. C. qui potior. in pignor.
		l. 1. C. ſi in cauſ. judicat. pign. capt. ſit.
		l. 2. C. de except. ſeu praeſcript.

l. 3.

A.U.C.	Chr.	
965	213	l. 4. C. de fidejussorib. & mandatorib. l. 3. C. ad l. Jul. de adulter. l. 2. C. ad l. Jul. de vi publ. v. privat. l. 1. & 2. C. ad l. Fab. de plagiar. l. 2. C. de his qui sib. adscrib. l. 1. C. de fid. & jur. hast. fiscal.

Antonino A. IV. & Balbino Coss.

l. 1. C. de advocat. diversor. judicior.

Antonino A. IV. & Albino Coss.

l. 2. C. de ordin. judicior.
l. 1. C. de in lit. dand. tutor. v. curat.

Antonino A. III. & Balbino Coss.

l. 1. C. de his qui a non domin. manumitt.

Antonino A. & Balbino Coss.

l. 2. C. Gregor. tit. incert.

Antonino A. & Albino Coss.

l. 1. C. de excusat. veteranor.
l. 2. C. qui numer. liber. se excus.

Antonino A. VI. & Balbino Coss.

Cassiodor. *Antoninus & Balbinus.*
Chronic. Alex. Ἀντωνίνου Αὐγούστου τὸ δʹ καὶ Ἀλβίνου.
Fast. Flor. min. Ἀντώνιος τὸ δʹ καὶ Βαλβῖνος.
Fast. Idat. Prosper. chronic. Fast. anonym. & Bucher. fragm. *Antonino IV. & Balbino.*
Anonymus autem fastorum apud Cuspinianum

A.U.C.	Chr.	
965	213	nianum posteriorem consulem Albinum vocat, uti & Chronicon Alexandrinum: sed Norisius & Bucherius *Balbinum* ex illo producunt.

Capitolin. in Maximin. & Balbin. cap. 7.
Balbinus Nobilissimus & iterum Cos.
Gruter. inscript. XLIV. 2.

* *

III. NON. NOVEMBRES.
IMP. ANTONINO. AVG. N. IIII. ET. D
CAEILIO. BALBINO. II. COS.

ibid. CVIII. I. MXVII. 8. MLXXV. 10.

* *

IMP. D. N.
ANTONINO. IIII. ET.
BALBINO. II. CoS.

Berthaldus lib. de ara cap. XVII. legit

ANTONINO. IV. ET. BALBITO. COSS.

A.U.C.	Chr.	
966	214	Silius *Messala.* *Sabinus.*

l. 1. C. de jurisdict. omn. judic.
l. 2. C. si cert. petat.
l. 4. C. quod cum eo q. in alien. potest.
l. 1. & 2. C. qui petant tutor.
l. 1. C. si ex plurib. tutor.
\- - de curator. furios.
\- - de libert. & eor. liber.

l. 1. C.

A.U.C.	Chr.	
966	214	l. 1. C. de jur. deliber.
		- - de repud. v. abstin. hered.
		l. 2. C. de liberal. caus.
		l. 3. C. de execut. rei judicat.
		l. 2. C. in quib. caus. pign. v. hyp. tac. contr.
		l. un. C. si commun. res pign. dat. s.
		l. 5. & 6. C. de fidejussor. & mandator.
		l. 6. C. de poenis.

Messala & Sabino Conss.

Cassiodor. *Messala & Sabinus.*

Chronic. Alex. Μεσσαλᾶ καὶ Σαβίνȣ.

Fast. Flor. min. Μεσαλᾶς καὶ Σαβῖνος.

Fast. Idat. Prosper. chronic. Fast. anonym. & Bucher. fragm. *Messala & Sabino.*

Dio in vita Aviti meminit hujus Silii Messalae. Messalas nomen ortum est ex nomine urbis Messanae, uti Macrobius scribit l. 1. Saturn. cap. 6. *Sic Messala tuus, Aviene, dictus cognomento Valerii Maximo, qui postquam Messanam urbem Siciliae nobilissimam cepit Messala cognominatus est.* Adeoque duplici Σ debet exarari, non uno uti in fastis Flor. min.: nam Μεσσάνα scribitur: & Stephanus de urbibus distinguit illam a Μεσήνη regione Persidis quae *δι' ἑνὸς Σ per unum S* scribitur. Dausquejus in orthographia ita intellexit Stephanum ac si etiam Messanam Siciliae uno S scribi dixisset.

A.U.C.	Chr.	
966	214	Gruter. inſcript. IV. 6.

I· O· M· ET· GENIO.
LOCI· DIS· D· Q·
OMNIBVS· AVR·
SVPERINIVS.
MARSVS· B· F·
COS· PRO· SE·
ET· SVIS· V· S· L· M·
MESSALA· ET.
SABINO· COS·

ibid. CXXII. I.

MESSALLA· ET· SABINO· COS.

ibid. MCVIII. 6.

·MESSALA. ET· SABINO· COS.

A.U.C.	Chr.	
967	215	*Laetus* II.
		Cerealis.

l. 3. C. Gregor. tit. incert.
l. 1. C. de condict. ob cauſ. dator.
l. 2. C. de condict. ob turp. cauſ.
l. 3. & 4. C. qui pet. tut. v. curat.
l. un. C. ub. petant. tut. v. curat.
l. 5. C. de adminiſtr. tutor.
l. 2. C. de ſuſpect. tutor.
l. 1. C. de aliment. pupill. praeſt.
l. 3. C. arbitr. tutel.

l. 3. C.

A.U.C.	Chr.	
967	215	l. 3. C. de in lit. jurand.
		- - de furt. & ſerv. corrupt.
		l. 2. C. de repud. v. abſtin. hered.
		l. 6. & 7. de legatis.
		l. 2. & 3. C. de fideicommiſſ.
		l. 3. C. de conditionib. inſert.
		l. 4. C. ut in poſſeſſion. legator.
		- - de teſtament. manumiſſ.
		- - de privileg. fiſc.
		l. 3. C. quae res pign. oblig. poſſ.
		- - qui potior. in pignor.
		l. 1. C. de inutilib. ſtipulat.
		l. 7. C de fidejuſſor. & mandator.
		l. 2. C de patria poteſtat.
		- - ſi reus v. accuſ mort. fuer.
		l. 1. C. ad l. Corn. de ſicar.
		l. 2. C. de crimin. expilat. hered.
		l. 1. C. de general. abolit.
		Laeto II. & Cereale Conſſ.
		l. 2. C. an ſerv. pro ſuo fact.
		- - de probationib.
		l. 3. C. quod cum eo qui in alien. pot.
		- - ſolut. matrim.
		l. 1. C. de uſucap. pro hered.
		l. 2. C. de re judicat.
		Laeto & Cereale Conſſ.
		l. 1. C. ſi tut. v. curat. interven.
		- - ubi & ap. quem cognit. in integr.
		l. 2. C. ex quib. cauſ. major.
		l. 3. C. ub. cauſ. fiſcal.
		l. 7. C. de inoffic. teſtam.

A.U.C.	Chr.	
967	215	l. 2. C. de servitutib. & aqua. *Laeto & Cereali Conss.* Cassiodor. *Laetus & Cerealis.* Chronic. Alex. Λεντουλου καὶ Κεριαλίου. Fast. Flor. min.. Λαῖτος καὶ Κεραιάλης. Fast. Idat. Prosper. chronic. Fast. anonym. & Bucher. fragm. *Laeto & Cereale.* Gruter. inscript. CCCXII. 2. Lipf. syntagm. de Vesta cap. XV. D· D· PR· NON· APRIL. LAETO· II· ET· CERIALE· CoS.

A.U.C.	Chr.	
968	216	C. Atius *Sabinus II.* Cornelius *Anulinus.* l. 1. C. de postulando. l. 8. C. de legatis. l. 2. C. de his qui in prior. credit. loc. *Sabino II. & Anulino Conss.* l. 7. C. de negot. gest. l. 3. C. de instit. & substit. - - si reus v. accus. mort. fuer. - - de crimin. expilat. heredit. l. 3. & 4. C. de quaestionib. l. 1. C. de fiscalib. usur. *Sabino & Anulino Conss.*

Cassiodor.

A.U.C.	Chr.	
968	216	Caſſiodor. *Sabinus II. & Venuſtus.*

Chronic. Alex. Σαβίνȣ τὸ β' καὶ Ἀνȣλίνȣ.
Faſt. Idat. *Sabino & Anullino.*
Proſper. chronic. *Sabino II. & Venuſto.*
Faſt. anonym. & Bucher. fragm. *Sabino & Anulino.*

Gruter. inſcript. CLXXXIII. 4. Panvin. 8. deſcript. Urb. Rom. lib. I. p. 22.

Q. AQVILLIO. SABINO. II.
SEX. AVR. ANVLLINO.
CoS.
CASTR. PRAET. L. VRVAS. OFF. PED.
(CCCLXXXIII.
AQVA. MARC.

Male hic legitur AVR. pro COR. Ita ſcribit Almelovenius. Sed Tillemontius in hiſtoria Imperatorum, ubi agit de Caracalla pag. 212. putat hos conſules eſſe poſſe ſuffectos ſive hoc anno ſive alio, quoniam ex inſcriptione veteri non liquet an ad hunc annum pertineant. Hoc eſt probabile: nam ſequens inſcriptio, facta imperante Antonino Caracalla (quod liquet ex initio), nomina horum conſulum aliter habet, apud Gruter. CCLXI.

DEDICAT.... VII. KAL. OCT. CATTO
SABINO. II. ET. CO. ANVLLINO. COS.

A.U.C.	Chr.	
968	216	Fabrett. inſcript. pag. 682.

DEDIC· XVIII· KAL.

SEPTEM· A.

C· ATIO· SABINO· II·· ET· CORNE

LIO· ANVLINO· COS·

Legitur in ipſo Fabretti libro ſine nota geminati conſulatus Sabini: verum Fabrettus in indice erratorum notavit poſt SABINO numerum II. addendum eſſe.

Pro Catto itaque, quod in inſcriptione Gruteri extat, quam etiam Occo retulit inter inſcriptiones Hiſpanicas XXXVIII. 4. legendum eſt C. ATIO. vid. ibid.

A.U.C.	Chr.	
969	217	C. Bruttius *Praeſens.* T. Meſſius *Extricatus* II.

l. 9. C. de negot. geſt.
l. 3. C. de contrah. & committ. ſtipulat.

Praeſente & Extricato Conſſ.

Caſſiodor. *Praeſens & Extricatus.*
Faſt. Flor. min. Πέρσης τὸ β' καὶ Εκστρικάτος.
Chronic. Alex. Πραίσεντος καὶ Ἐξτρικάτου.
Faſt. Idat. Proſper. chronic. Faſt. anonym.

A.U.C.	Chr.	
969	217	nym. & Bucher. fragm. *Praesente & Extricato.* Anastas. vit. Pont. *Praesens & Striganus.* Gruter. inscript. ccc. 1. C. BRVTTIO. PRAESENTE. T. MESSIO. EXTRICATO. II. COS.

A.U.C.	Chr.	
970	218	Imp. Antoninus *Elagabalus* Aug. Q. M. Coclatinus *Adventus* II.

l. un. C. Gregor. de patria potest.

Ipso Augusto V. & Advento Conss.

Nota V. nata est ex II. Nam Macrinus Aug. consul fuit II. hoc anno.

l 8. C. de negot. gest.

Antonino & Advento Conss.

NB. Antoninus hic non est Macrinus nam observavit Pagius in Critica ad h. e. esse legem *l. 8. C. de nupt.* (legendum est *negot.*) *gest.* rescriptum Antonini Elagabali, datam Antonino & Advento Coss. *Elagabalus, teste Dione, recusavit literas ab se datas consulis Macrini nomine obsignare ac proinde nec suamet rescripta odioso hostis sui nomine signavit. Est itaque ipsemet Antoninus Elagabalus.* Ita scribit Pagius ibidem.

Cassiodor. *Antoninus & Adventus.*

A.U.C.	Chr.	
970	218	Chronic. Alex. Ἀντωνίνȣ Αὐγȣ́ςȣ τὸ β´ καὶ Ἀδȣέντȣ. quod Raderus vertit *Antonino Aug. V.* (pro II.) *&* *Advento.*
		Fast. Flor. min. Ὀκλατιανὸς καὶ Ἄλβεντος.
		Fast. Idat. Prosper. chronic. Fast. anonym. & Bucher. fragm. *Antonino & Advento.*
		Adventi consulatus hic secundus fuit & primus erat honorarius. At in fastis veteribus non dicitur hic consul II. quia Macrinus noluit consulatum primum ordinarium appellari secundum si consulatus tantum honorarius praecessisset.
		Elagabalus non solum Macrini nomen e fastis expunxit sed etiam suummet ejus loco substituit & fastos ejus anni nominis sui nota signari voluit, tanquam si a Kalendis Januariis consulatum accepisset qui Majo tantum fuit Imperator, & Junio, victo Macrino, rerum potitus. Hinc in veterum fastis scribuntur consules Antoninus & Adventus, quod in errorem induxit Onuphrium, qui eum Antoninum putavit esse Diadumenianum, & Pagium qui in dissert. hypat. Macrinum credidit & errorem suum ipse notavit in Critica ad h. a Haec fere descripta sunt ex Rever. a Turre lib. de annis Imperii Elagabali p. 75.
		Fabrett. inscript. pag. 339.

A.U.C.	Chr.
970	218

VICTORIAE· REDVCIS. DD. NN·
. . . .
PII· FELICIS· AVG. ET. . .
LIAE. . . . .
IVGI. D· N· MILITES. LEG· II
PARTH. . . . .
AET· Q· M· COCLATINO· AD
VENTO· COS· QVORVM· NOMI
NA· &c.

Fabrettus obſervat hic nomen Macrini eraſum, ac ſi Adventus ſolus conſulatum geſſiſſet.

Spon. in miſcell. pag. 72. putat hunc eſſe qui

C· ANTISTIVS. ADVENTVS·

dicitur in lapide qui Trajecti in hortis Graevianis fuit, & repertus eſt in agro Wiltenborgenſi, prope Trajectum. Reineſius pag. 226. ita exhibet inſcriptionem.

IOVI· O· M· SVMMO.
EXSVPERANTISSIMO·
SOLI. INVICTO· APOLLINI.
LVNAE· DIANAE· FORTVNAE·
MARTI· VICTORIAE. PACI.
C· ANTISTIVS· ADVENTVS·
. . . EG· AVG· PR· PR· DAT·

 Macri-

A.U.C.	Chr.	
970	218	Macrinum laudat ut peritum juris νόμων ἐπιςήμης Herodianus *hiſtor.* IV. 12. ſed Adventus erat idiota & rei militaris peritus. *ibid.* & apud Dionem in vita Macrini.

A.U.C.	Chr.	
971	219	Imp. Antoninus *Elagabalus* Aug. II. *Sacerdos* II.

Caſſiodor. *Antoninus II. & Sacerdos.*
Chronic. Alex. Ἀντωνίνε Ἀυγέςε τὸ ϛ' καὶ Σακερδότε.
Faſt. Flor. min. Σάκερδος τὸ β' καὶ Ἀντώνιος τὸ ϛ'.
Faſt. Idat. Proſper. Chronic. Faſt. anonym. & Bucher. fragm. *Antonino II. & Sacerdote.*

Gruter. inſcript. CCC. 1.

IMP. ANTONINO. II. ET. SACERDOTE.
II. COS. P. R. C. ANN. DCCCCLXXII.

ibid. LXXXVII. 4.

DEAE. EPONAE. M. OPILIVS. RESTIO.
MILES. LEG. XXII. ANTONINIANAE.
P. P. F. IMMVNIS. COS. CVRA. SA
LENS. VICO. SALODOR. DD. XXII.
KAL. SEPTEMBR. D. N. ANTONINO.
AVG. II. ET. SACERDOTE. II. COS.
V. S. L. M.

Sertorius

A.U.C.	Chr.	
971	219	Sertorius Urſatus lib. de not. Rom. ad VOC. LEG. XXII. ANTONIANA. hanc inſcriptionem refert ſed legit ANTONIANAE, & OPELIVS. In Metropoli Salisburgenſi Wiguleji Hundii edita Monachii a. 1620. tom. III. pag. 342. dicitur eſſe circa Monaſterium Sein in valle Sein provinciae Trevirenſis vetus lapis hactenus eo quo par eſt ſtudio conſervatus BEDAIO· AVG· ET· ALVONIS· SACR· C· CATIVS· SECVNDIANVS· II· VIR· IMP· ANTONIN· II· ET· SACERDOTE. COS· Reineſ. inſcript. p. 174. inſcriptionem habet eandem ſed ALOVNIS ſcribit & ANTONIM. Eandem reperies etiam in Aventini annalibus Bojorum p. 62.

A.U.C.	Chr.	
972	220	Imp. Antoninus *Elagabalus* Aug. III. *Eutychianus* (qui & Comazon) II. Caſſiodor. *Antoninus III. & Comazon.* Chronic. Alex. Ἀντωνίνȣ καὶ Κωμάζοντος. Faſt. Flor. min. Βαλλέριος καὶ Κομάζων. Faſt. Idat. Proſper. Chronic. Faſt. anonym. & Bucher. fragm. *Antonino III. & Comazonte.*

Huic

A.U.C.	Chr.	
972	220	Huic Eutychiano nomen datum fuit Comazon: Xiphilinus e Dione in vita Elagabali, five Aviti. Ὁ μὲν γὰρ Εὐτυχιανὸς ὁ καὶ Κωμάζων (καὶ τοῦτο γὰρ τ' ὄνομα ἐκ τε μίμων καὶ γελωτοποιΐας ἔσχε) τῶν τε δορυφόρων ἦρξεν ἐν μηδεμιᾷ τὸ παράπαν ἐπιτροπείᾳ ἢ καὶ προστασίᾳ πλὴν τοῦ στρατοπέδου ἐξετασθεὶς, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ὑπάτευσεν οὐχ' ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον, ὃ μηδενὶ πώποτε ἄλλῳ ὑπῆρξεν. *Eutychianus enim qui & Comazon (hoc nomen quippe a mimis & histrionica ipsi datum fuit) quum in nulla ante praefectura aut procuratione, militari excepta, fuisset, praetorianis militibus praefectus est, & postea non semel tantum sed bis & ter consul fuit, quod nulli alteri antea contigit.* De Eutychiano hoc ita Zonaras annalium lib. XII. pag. 616. Ὁ μὲν οὖν Εὐτυχιανὸς, τῶν δορυφόρων ἐπῆρξε, καὶ μετὰ τοῦτο ὑπάτευσε καὶ δὶς καὶ τρίς. *Eutychianus autem militibus praetorianis praefectus fuit & postea consul iterum ac tertium fuit.* Appellatur aliquando hic *Comazon* fimpliciter. Ita Dio fcribit lib. LXXVIII. Senatum & populum propenfiores fuiffe in Macrinum quia videbant τοῦ Κωμάζοντος ineptam ad imperium indolem. Et lib. LXXIX. legitur ὁ Κωμάζων poft Fulvium factus effe praefectus urbi. Pagius in Critica annalium Baron. ad h. a. obfervat in hac infcriptione, quam apud

A.U.C.	Chr.	
972	220	apud Reinesium legerat, Sacerdotem non dici Cos. II. sed CoS. & addit: *Si prior hujus consulatus suffectus fuit, non mirum quod in hac inscriptione praetermissus fuerit cum hujusmodi consulatus vel taceri vel memorari possent. Sed si prior Sacerdotis consulatus honorarius extitit, liquet legem illam Macrini, cujus meminit Dio in excerptis Valesianis, qua scilicet Macrinus sustulit legem a Severo inductam, jussitque eum qui consularibus antea ornamentis ornatus consulatum accipiebat, consulem sine nota iterati consulatus appellari, observatam non fuisse. Certe ipsummet Macrinum qui primum consul honorarius ac dein consul ordinarius fuit, eam non servasse, quemadmodum nec Adventum, docet Dio lib. 78. Ex quo inferre licet Macrini legem non magis ab aliis quam ab eo & ab Advento servatam fuisse, & Eutychianum Comazontem qui anno sequenti fastis nomen dedit, cum nota numerali edi debere, uti recte ab Onuphrio præstitum, sive ter consulatum gesserit, ut Xiphilinus & Zonaras tradunt, sive postquam consulares honores adeptus est, consul factus fuerit, ut docet Dio lib. 79.*

Gratus

A.U.C.	Chr.	
973	221	Gratus *Sabinianus.* Claudius *Seleucus.*

Pagius in dissert. hypat. scripserat nomen prioris consulis *Annius Gratus :* sed in Critica annalium Baronii scribit Gratus Sabinianus, & addit : *prioris cognomen (Sabinianus) prodidit Africanus apud Georgium Syncellum pag.* 212. *In Digesto vero l.* 13. *memoratur Claudius Seleucus.* Cognomen *Sabinianus* confirmatur etiam ex fastis Florentinis minoribus.

Apud Syncellum tamen legitur Severianus, non Sabinianus, in editione regia pag. 212. καθ' ὃν ὑπάτευον Γρᾶτος Σευεριανὸς Ῥωμαίων καὶ Σέλευκος, *quando Romae consules erant Gratus Severianus & Seleucus.* Sed forsitan Servianus dicitur Latine qui Graecis Σευεριανὸς, nam apud Zonaram lib. XI. appellatur Σευεριανὸς qui Spartiano dicitur *Servianus:* sed uti Servius est Σερβιὸς, ita Servianus Σερβιανός· & Severianum Dio vocat Σεβηριανὸν uti Severum Σεβῆρον.

Cassiodor. *Gratus & Seleucus.*

Chronic. Alex. Γράτου καὶ Σελεύκου.

Fast. Flor. min. Σαβινιανὸς καὶ Σέλευκος.

Fast. Idat. Prosper. chronic. Fast. anonym. & Bucher. *Grato & Seleuco.*

Fragmenta Dionis Cassii pag. 991. Γρᾶτος Σαβινιανὸς καὶ Κλαύδιος Σέλευκος.

Imp.

A.U.C.	Chr.	
974	222	Imp. Antoninus *Elagabalus* Aug. IV. M. Aurelius Severus *Alexander* Caesar.

l. 2. & 3. C. de pignorat. action.

Antonino IV. & Alexandro Conss.

l. 3. C. de jur. dot.

Antonino & Alexandro Conss.

l. 6. C. Gregor. tit. incert.
l. 1. & 2. C. ad exhibend.
l. 3. C. an serv. pro suo fact.
l. 1. C. qui dar. tut. v. curat. poss.
l. 4. C. arbitr. tutel.
- - de furt. & serv. corrupt.
l. 10. C. de oper libertor.
l. 4. C. de testam. milit.
l. 1. C. si quis aliq. test. prohib. v. coeg.
l. 3. C. de his quib. ut indign.
l. 2. C. de fals. caus. adject.
l. 3. & 4. C. ad l. Falcid.
l. 4. C. de serv. pign. dat.
l. 1. C. quib. res judic. non noc.
l. 1. C. quand. provoc. non est necess.
l. 1. & 2. C. si pend. appellat. mors interven.
l. 2. C. de Aedific. privat.

add. l. 4. C. de hered. v. action. vend. si ordo in disponendis legibus id patiatur.

l. 1. & 2. C. si vendit. pignor. agat.
l. 6. 7. 8. 9. C. de evictionib.

l. 3. &

A.U.C.	Chr.	
974	222	l. 3. 4. 5. C. de his qui accus. non poss.

Subscriptio hujus l. 3. parum sana est. *P. P.* 3. *Non. Februar.* eo enim tempore Alexander nondum Augustus erat. vid. *Lamprid.*

l. 1. & 2. C. de accusationib.
l. 1. C. de injuriis.

Alexandro A. Conss.

Has leges, quum Antoninum consulem non agnoscant & Alexandrum Augustea dignitate ornent apparet (quod etiam ex subscript. XI. *Kal. Dec.* & III. *Kal. Aug.* liquet) esse latas post mortem Imperatoris Antonini Elagabali qui hoc anno occisus est. De ipso die lis est inter chronologos, qui in subscriptionibus dierum & mensium, quae notantur in his legibus, non audent acquiescere quia tot menda irrepserunt in illas.

Cassiodor. *Alexander & Augustus.*

Chronic. Alex. Ἀντωνίνου Αὐγούστου τὸ β' καὶ Ἀλεξάνδρου.

Fast. Flor. min. Ἀυτοκράτωρ Ἀλέξανδρος καὶ Μόδεστος.

Fast. Idat. *Antonino IV. & Alexandro.*

Prosper in Chronico hos non habet.

Fast. anonym. & Bucher. fragm. *Antonino IV. & Alexandro.*

Fasti Graeci (Florentini majores hic dicti) quos Dodwellus post opera Cypriani primo edidit ex apographo Vossiano, & Heracliani ab ipso appellantur,

A.U.C.	Chr.	
974	222	pellantur, hic incipiunt, & conſules hujus anni in iis hi ſunt Ἀντωνῖνος τὸ δ' καὶ Ἀλέξανδρος.

Gruter. inſcript. LXXXV. 2.

SERAPI· SACR.
IMP· CAES· M· AVREL
ANTONINVS· AVG·
PIVS· FELIX· COS· IIII·
P· P.
a tergo.
DEDIC· ID· APR·
IMP· CAES· ANT· PIO· IIII. ET
M· AVR· ALEXANDRO· COS·

ibid. DXXVIII. 1.

ARA· POS. K· IAN·
M· AVRELIO· ANTONINO. AVG· IIII.
ET· AVRELIO· ALEXANDRO· CAES·
COS·
IN· FR· P. VIII· A· RET· P· III-S.

ibid. MLXXXII. 9.

COLLOCATA· V· IDVS· MART.
IMP· CAES· M. AVRELIO· ANTONINO.
PIO· FELICE· AVG· IIII. ET. COS.
M· AVR· ALEXANDRO· NOBILISSIMO·
CAES·

A.U.C.	Chr.	
975	223	L. Marius *Maximus* II. L. Roſcius *Aelianus*.

l. 5. & 6. C. de edendo.
l. 3. C. de transactionib.
l. 11. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.
l. 6. 7. 8. C. de procuratorib.
l. 1. C. de his quae vi metus v. cauſ.
- - de in integr. reſtit. m nor.
l. 2. C. ſi tut. v. curat. interv.
l. 3. C. de reſtit. milit.
l. 8. 9. 10. C. de inoffic. teſtam.
l. 3. & 4. C. de ſervitut. & aqua.
l. 1. C. de noxalib. actionib.
l. 3. C. ad exhibend.
l. 3. & 4. C. de religioſ. & ſumptib. funer.
l. 2. C. de reb. credit.
- - de teſtib.
l. 2. & 3. C. de fid. inſtrum.
l. 4. C. de pignerat. act.
l. 5. C. quod cum eo qui in alien. poteſt.
l. 4. C. ad SCt. Vellejan.
l. 3. C. de hered. v. act. vendit.
l. 4. C. de jur. dot.
l. 3. C. de teſtam. tutel.
l. 5. C. qui petant tutor. v. curat.
l. 6. & 7. C. de adminiſtr. tutor.
l. 1. C. ub. pupill. educ. deb.
l. 2. C. de aliment. pupill. praeſt.
l. 1. C. ſi tutor. v. curat. non geſſer.
l. 1. C. ſi tutor. v. curat. falſ. alleg. excuſ. ſit.

l. 5.

A.U.C.	Chr.	
975	223	l. 5. C. de furt. & ſerv. corrupt.
		l. 1. & 2. C de obſeq. patron. praeſt.
		l. 1. C. de bonor. poſſeſſ. ſec. tabul.
		- - de bon. poſſ. contr. tab. quam pr. lib. pollic.
		- - de ſucceſſor. edict.
		l. 3. C. de heredib. inſtit.
		- - de impuber. & al. ſubſtit.
		l. 2. C. de jur. deliberand.
		l. 1. C. quemadm. teſtam. aperiant.
		l. 2. C. de edict. D. Hadr. tollend.
		l. 4. C. de his quib. ut indign.
		l. 9. C. de legatis.
		l. 4. C. de fideicommiſſ.
		l. 3 C. de falſ. cauſ. adject.
		l. 5. & 6. C. ad L. Falcid.
		l. 1. C. de legitim. heredib.
		- - de ordin. cognition.
		l. 3. C. de ſentent. & interloc. omn. jud.
		l. 1. C. ſi a non compet. jud. judic. eſſ. dic.
		l. 2. C. comminat. epiſt. &c. auct. r. j. n. hab.
		l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.
		l. 3. C. in quib. cauſ. pign. v. hyp. tacit. contr.
		l. 4 C ſi alien. res pign. dat. ſ.
		l. 2. C. ſi in cauſ. judic. pign. capt. ſit.
		l. 1. 2. 3. C. de diſtract. pignor.
		l. 3. C. ſi vendit. pign. agat.
		l. 4. C. de exceptionib. ſ. praejudic.
		l. 2. C. de inutilib. ſtipulat.

A.U.C.	Chr.	
975	223	l. 8. & 9. C. de fidejuff. & mandator. l. 1. C. de novat. & delegationib. l. 10. C. de evictionib. l. 1. C. creditor. evict. pign. non deber. - - de donat. cauf. mort. l. 3. C. de accufat. & infcript. l. 5. 6. 7. C. ad l. Jul. de adulter. l. 2. C. ad l. Corn. de falfis. l. 3. C. de his qui fib. adfcrib. l. 1. C. de delatorib. l. un. C. de reis poftulat.

Maximo II. & Aeliano Conff.

l. 1. & 2. C. Gregor. de inoff. teftam.

Maximo II. & Aemiliano Conff.

l. 1. C. ad l. Jul. majeftat.

Maximo II. & Juliano Conff.

l. 2. C. de ordin. cognition.

Maximo II. Conff.

Caffiodor. *Maximus & Aelianus.*
Chronic. Alex. Μαξίμου καὶ Ἀιλιανοῦ.
Faft. Flor. min. Μάξιμος καὶ Ἡλιανός.
Faft. Idat. *Maximo II. & Aeliano.*
Profper. chron. *Maximo & Aeliano.*
Faft. anonym. *Maximo & Eliano.*
Bucher. fragm. *Maximo & Heliano.*
Fafti Flor. maj. Μαξιμῖνος τὸ δ' καὶ Σελινός. Pro δ' lege β'. Et Ἀιλιανὸς pro Σελινός.

Gruter.

A.U.C.	Chr.	
975	223	Gruter inſcript. MV. 2.

MAXIMO. ET
AELIANO. COS.
IDIBVS. IANV
ARIS.

Noriſ. epiſt. conſ. inſcriptionem a. 1681. Venetiis a ſe viſam hanc exhibet.

L. MARIO. MAXIMO. II.
L. ROSCIO. AELIANO. COS.

vide & Spon. miſcell. p. 261. & Fabretti inſcriptiones pag. 598. & 599. ubi eadem nomina. Almelovenius in faſt. pag. 163. putat illos L. Mar. Maximum & L. Roſcium Aelianum fuiſſe conſules ſuffectos. Tillemontius ſcribit probabile eſſe hunc Marium Maximum eſſe hiſtoricum celebrem, citatum Lampridio.

Cuperus in monum. antiq. ined. p. 235.

IN. H. D. D. PRO.
SALVTE. IMP. SEVERI.
ALEXANDRI. AVG. DEC.
APOLLINI. DYSEROLVS.
OLO. DE. MILITES. LEG.
XXX. V. V. P. F. SVB. CVRA.
AGENT. T. F. APRI. COM

 MODIANI.

A.U.C.	Chr.	
975	223	MODIANI. LEG. AVG. P. P. Ǝ CANVTI. MODESTI. LEG. LEG. SEPT. MVCATRA. IMAG. ET. SEPT. GALLVS. ET. SEPT. MVCATRA. ET. SEPT. DEOSPOR. ET. SEPT. SAMNVS. Ǝ. SEPT. MVCATRA. CANDIDATI. V. S. L. ME. MAXIMO. ET. AELIANO. COS. Altingius in notitia Germaniae inferioris pag. 38. hanc inscriptionem in aes incisam repraesentat, & Maximum iterum consulem facit hoc modo MAXIMO. II. ET. AELIANO. CoS. Idem legit ALEXANDIRI & DYS PROLVS & CANNVTI, & CALLVS, & SAMMVS.

A.U.C	Chr.	
976	224	*Julianus* II. *Crispinus.* l. 11. C. de inoffic. testam. l. 3. C. commun. divid. l. 5. & 6. C. de religios. & sumpt. fun. l. un. C. poen. fiscalib. creditor. praeferr. l. 2. C. de fiscalib. usur. *Juliano & Crispino Conss.*

l. 1.

A.U C.	Chr.	
976	224	l. 1. C. quib. non objic. long. temp. praescript.
		l. 2. C. de calumniatorib.
		Juliano & Crispo Conss.
		l. 2. C. de postuland.
		l. 12. C. ex quib. caus. infam. irrog.
		l. 3. C. de judic.
		l. 6. C. de petit. heredit.
		l. 5. C. de pignerat. action.
		- - ad SCt. Vellejan.
		l. 4. C. de testament. tutel.
		l. 1. C. de confirm. tutor.
		l. 6. C. qui pet. tutor. v. curat.
		l. 1. C. quand. mul. tutel. offic. fung.
		l. 2. C. de in lit. dand. tutor.
		- - si tut. v. curat. non gesser.
		- - de usur. pupillarib.
		l. 1. C. de fidejussorib. tutor.
		l. 6. & 7. C. de excusat. tutor. v curator.
		l. 4. C. de obseq. patron. praestand.
		l. 2. C. de bonor. poss. c. tab. quam pr. lib. pollic.
		l. 1. C. unde legitimi.
		l. 1. & 2. C. de collationib.
		l. 5. C. de testam. militar.
		l. 4. C. de instit. & substitut.
		l. 5. C. de his quib. ut indign.
		l. 5. & 6. C. de fideicommiss.
		l. 3. C. de usur. & fructib. legator.
		l. 5. C. ut in possess. legat.
		l. 2. C. de usucap. pro emptor.
		l. 2. C. si ex fals. instrum. v. test. judic. sit

A.U.C.	Chr.	
976	224	l. 1. C. de interdictis. l. 3. C. de aedific privat. l. 3. C. de his q. in prior. creditor. loc. succ. l. 1. C. de infantib. exposit. l. 6. C. de his qui accus. non poss. l. 2. C. ad l. Jul. majestat. l. 8 & 9. C. ad l. Jul de adulter. l. 3. C. de l. Fab. de plagiar.

Juliano II. & Crispino Conss.

l. 1. quae sit long. consuet.
l. 5. C. de quaestionib.

Juliano II. & Crispo Conss.

Cassiodor. *Julianus & Crispinus.*
Chronic. Alex. Φλαβιανȣ̃ καὶ Κρισπινȣ̃.
Fast. Flor. min. Ἰȣλιανὸς καὶ Κρισπινός.
Fast. Idat. *Fabiano & Crispino.*
Prosper. chronic. Fast. anonym. & Bucher. fragm. *Juliano & Crispino.*
Fast. Flor. maj. Ἰȣλιανὸς β´ καὶ Κρισπῖνος.
Fabrett. inscript. pag. 695. Noris. epist. cons.

IVLIANO. II. ET. CRISP. . . .
COS.

Norisius addit se neutrius consulis familias compertas habere, & Crispinum sine teste in Clodios referri, cum Vettius Crispinus Vettii Bolani, viri consularis, filius laudetur a Statio *lib.* v. *Sylvarum.*

Fuscus

A.U.C.	Chr.	
977	225	*Fuſcus* II. *Dexter.*

l. 2. C. qui dar. tutor. v. curat. poſſ.
- - de fidejuſſor. tutor.
l. 6. C. de teſtam. milit.
l. 2. C. de teſtamentis.
l. 4. C. de impuber. & al. ſubſtit.
l. 2. C. de liber. praeterit.
l. 7. & 8. C. de fideicommiſſ.
l. 6. & 7. C. ut in poſſeſſ. legator.
l. 1. C. ad SCt. Orfitian.
l. 4. C. quae res pign. oblig. poſſ.
l. 4. & 5. C. de his qui ſib. adſcrib.

Fuſco II. & Dextro Conſſ.

l. 1. C. de quaeſtionib. cum ſit Severi & Antonini, hujus loci non eſt, ſed ad annum 196. pertinet: ubi vide.
l. 7. & 8. C. de edendo.
l. un. C. ub. conv. qui cert. loc. dar. promiſ.
l. 6. C. de pignerat. action.
l. 4. C. ſolut. matrimon.
l. 8. C. de excuſat. tutor.
l. 8. & 9. C. de oper. libertor.
l. 7. C. de fideicommiſſ. libertatib.
l. 3. C. de liberal. cauſ.
l. 5. C. de privileg. fiſc.
l. 4. C. de diſtract. pignor.
l. 10. C. ad l. Jul. de adulter.
l. un. C. de vendit. rer. fiſcal.

Fuſco & Dextro Conſſ.

A.U.C.	Chr.	
977	225	l. 1. C. ſi omiſſ. ſit cauſ. teſt. & l. 1. C. de acquir. & retin. poſſ. licet ſimilem habeant ſubſcriptionem, ad annum 196. merito me retuliſſe puto, argumento inſcriptionis: quoniam nomina Imperatorum Severi & Antonini iis praeſcripta ſunt. l. 7. C. Gregor. tit. incert. *Tuſco II. & Dextro.* Caſſiodor. *Fuſcus & Dexter.* Chronic. Alex. Φȣσκιανȣ̃ καὶ Δέξτρȣ. Faſt. Flor. min. Φȣ̃σκος τὸ β΄ καὶ Δέξτρας. Faſt. Flor. maj. Φȣ̃σκος τὸ β΄ καὶ Σέκτος. Faſt. Idat. *Fuſciano & Dextro.* Proſper. chronic. Faſt. anonym. & Bucher. fragm. *Fuſco & Dextro.* Tillemontius hiſtoria Impp. ad h. annum haec notat: *Anonymus Cuſpiniani hoc anno conſules recenſet* Fauſtinum & Maximum. *Nihilominus creditur eſſe idem, quem P. Noriſius & Bucherius ediderunt, in quo legitur,* Fuſcus & Dexter. *Quomodo haec conveniunt? Suntne iidem quidem Faſti, ſed diverſa exempla manuſcripta? At Bucherius exiſtimat eſſe eosdem, & Noriſius pro certo affirmat.* Pagius in Critica annal. Baronii ad hunc annum notat, *Fuſcum cum numerali nota efferendum eſſe oſtendit Card. Noriſius in epiſtola conſulari, tam ex duabus inſcriptio-*

A.U.C.	Chr.
977	225

scriptionibus Gruterianis quam ex variis rescriptis Codicis Justinianei. Referunt quidem Onuphrius ac Gruterus inscriptionem dicatam Dextro & M. Maecio Rufo Cos. *Sed hic consul tantum suffectus fuit incerta anni parte, ut ibidem Card. Norisius habet.* Confer & hanc partem inscriptionis ex corpore Gudiano, lapidis inventi Romae in foro boario, ubi erat templum Herculis.

* * *

DEDIC. XVI. KAL.
MART.
L. TVRPILIO. DEXTRO. M. MAECIO.
RVFO. COS.

Gruter. inscript. IX. 2.

I. O. M. ET.
GENIO. LOCI.
M. AVRELIVS.
VRSVLVS.
B. F. COS. PRO.
SE. ET. SVIS.
V. S. L. M.
FVSCO. II. ET.
DEXTRO. COS.

ibid. CXXI. 1.

FVSCO. II. ET. DEXTRO. COS. XIIII.
K. MAI. &c.

Ex-

A.U.C.	Chr.	
977	225	Extant Turpilii Dextri & Moecii Rufi nomina in alia inſcriptione apud Onuphrium, & Onuphrius putavit conſules ordinarios hujus anni hos fuiſſe. Noriſius & Tillemontius credunt contrarium, nempe haec nomina eſſe conſulum ſuffectorum: an hoc anno, uti vult Pagius, an alio incertum eſt.

A.U.C.	Chr.	
978	226	Imp. M. Aurelius Severus *Alexander* Aug. II. C. *Marcellus* Quintilianus II. l. 1. C. de diverſ. reſcript. l. 8. & 9. C. de pactis. l. 4. C. de transactionib. l. 10. C. de negot. geſt. l. 2. C. de his quae vi metusv. cauſ. - - ſi adverſ. fiſc. - - ſi ſaep. in integr. reſtit. poſtul. - - de reſtitut. milit. l. 1. C. de uxorib. mil. l. 3. C. de rei vindicat. l. 4. & 5. C. de uſufr. & habitat. l. 1. C. ad l. Aquil. l. 2. C. commun. divid. - - de inſtit. & exerc. action. l. 5. C. de jur. dot. l. 2. C. de confirm. tutor. l. 1. & 2. de pericul. tutor. l. 7. C. de teſtam. milit. l. 4. C. de condit. inſert.

l. 7.

A.U.C.	Chr.	
978	226	l. 7. C. ad l. Falcid. l. 5. C. quand. dies legat. v. fideic. ced. l. 1. C. commun. de usucap. l. 11. C. ad l. Jul. de adulter. l. 3. C. de bon. proscriptor. l. 2. C. de bon. eor. qui mort. sib. consciv.

Alexandro A. II. & Marcello Conss.

Cassiodor. *Alexander II. & Marcellus.*

Chronic. Alex. Ἀλεξάνδρου τὸ β' καὶ Μαρκέλλου,

Fast. Flor. min. Ἀλέξανδρος τὸ β' καὶ Μαρκελῖνος.

Fast. Flor. maj. Σευῆρος β' καὶ Μάρκελο τὸ β'.

Fast. Idat. Prosper. chronic. Fast. anonym. & Bucher. fragm. *Alexandro II. & Marcello.*

Gruter. LXXXIV. 5. Boxhorn. quaest. Roman. quaest. XI.

IMP· SE· SEVERO· AV. . . .
EX· IT· ET·
MARCELLO· COS.

illud EX· IT. est pro ALEXANDRO. ITERVM.

Nullius alterius Marcelli in subscriptionibus legum Codicis fit mentio: sed Senatusconsultum memoratur, *Juventio Celso iterum & Neratio Marcello Coss.* factum

A.U.C.	Chr.	
968	216	*factum*, in l. 3. C. de ſerv. reip. manum. Hi conſules ad a. 129. a quibusdam referuntur.

Inter inſcriptiones Gudianas haec legitur, ubi integra nomina poſteriori conſuli dantur *C. Marcelli Quintiliani.*

* * *

IIII· ID· MART· IMP. CAES· M· AVRELIO· ALEXANDRO· SEVERO· PIO· AVG· II· ET· C· MARCELLO· QVINTILIANO· COS·

Fabrett. inſcript. 279. pag. memorat lapidem nuper repertum, in quo legitur

ALEXANDRO· AVG· II. ET· MAR CELLO· II· COS· DEDICATVM. . . IN . . PEREGRINO· ET. AVRELIA NO· COS. DIES.

& alterum eodem loco effoſſum, ubi

EX· ALEXANDRI· AVG· II· ET· MARCELLI· II· COS· IN· PEREGRI NI. ET. AEMILIANI· COS. DIES.

Ex his liquet notam geminati conſulatus Marcello debere adſcribi, quod alii non fecerunt.

L. *Albi-*

A.U.C.	Chr.	
979	227	*L. Albinus.* Max. Aemilius *Aemilianus.*

l. 8. C. Gregor. tit. incert.
l. 10. C. de pactis.
l. 1. C. de errorib. advocator.
l. 10. C. de procuratorib.
l. 11. C. de negot. gest.
l. 2. C. de condict. ob caus. dator.
l. 5. C. de donat. int. vir. & uxor.
l. 10. C. de legatis.
l. 3. C. comminat. epist. progr. &c.
- - de remission. pignor.
- - de patr. potestat.
l. 3. & 4. C. ad L. Cornel. de fals.

Albino & Maximo Conss.

l. 5. C. de transactionib.
l. 4. C. si reus v. accusat. mort. fuer.
l. 1. C. de pact. convent.

Albino & Aemiliano Conss.

In ultima lege eadem verba leguntur quae in *l. 10. C. de pactis*, sed ibi subscriptio est *Albino & Maximo.*

Quia his legibus superscriptum est Imp. Alexandri nomen, ad hos consules debent referri; non ad a. 206. qui error natus est ex eo quod illo anno Albinus & Aemilianus consules in fastis legerentur, & hoc anno Albinus (aut Balbinus) & Maximus. Sed hic Maximus etiam Aemilianus dicitur.

Cassiod.

A.U.C.	Chr.	
979	227	Caſſiodor. *Annianus & Maximus.* *Albinus & Maximus.*
		Chronic. Alex. Ἀλβίνȣ καὶ Μαξίμȣ τὸ β΄.
		Faſt. Flor. min. Σαβῖνος καὶ Μάξιμος.
		Faſt. Flor. maj. Ἀλβιανὸς β΄ καὶ Μαξιμινός.
		Faſt. Idat. *Albino & Maximo.*
		Proſper. chronic. *Aniano & Maximo.* *Albino & Maximo.*
		Faſt. anonym. *Albino & Maximo.*
		Bucher. fragm. *Sabino & Maximo.*

Reineſ. Claſſ. VIII. inſcript. XXXVII. p. 524. & Noriſ. epiſt. conſ.

D· M·
SEP· VICTORI· NEPOTI.
SEPT· IVSTVS· EQ. SING· D· N.
AVG· TVR· ANTIOCHI· AVN.
CVLVS· NEPOTI· B· ME· AL
BINO· ET· MAXIMO· COSS·
XVII· KAL· SEP. VIX· A· XXXIII.

Noriſ. epiſt. conſ. pag. 476. ex Reineſio pag. 465. inſcriptionem hanc refert ad hunc Albinum

N· NVMMIO· ALBINO·
* * *
CONSVLI· ORDINARIO· ITERVM.

Sed Reineſius ad Albinum cos. a. 263. aut 246. refert. Et in corpore in- ſcriptio-

A.U.C.	Chr.	
979	227	ſcriptionum Gudiano cernitur lapis in Quirinali inventus, in quo legitur

* * *.

PRO· SALVTE· D. N· IMP· CAES· SEVERI
ALEXANDRI. PII· AVG· D· N. M.
Q. E· DEDICAVIT· ID· APR·
L. ALBINO· ET. MAXIMO. AEMILIO.
AEMILIANO· COSS·

Hinc illuſtrari poſſent legum ſubſcriptiones quae modo habent *Albino & Maximo*, modo *Albino & Aemiliano:* nam idem eſt *Maximus* & *Aemilianus*. Pagius in diſſ. hypat. conſules hos vocat Coelium Balbinum II. & Clodium Pupienum Maximum, qui poſtea Imperatores fuere: ſed in Critica annalium Baronii ſequitur ſententiam Noriſii. Confer ſupra a. 206. ubi etiam conſules *Albinus & Aemilianus*.

A.U.C.	Chr.	
980	228	Ti. Manilius *Modeſtus*. Sergius Calpurnius *Probus*.

Ita Noriſ. epiſt. conſul. pag. 476. ex inſcriptione veteri

TI· MANILIO . . . .
SER· CALPVRNIO . . . .

l. 2. C. de mod. mulctar.

A.U.C.	Chr.	
980	228	l. 4. C. de judiciis. l. 6. C. ad SCt. Vellejan. l. 3. C. de confirm. tutor. l. 2. C. in quib. caus. tut. v. cur. hab. t. v. c. det. l. 9. C. de excusat. tutor. l. 7. C. de furt. & serv. corrupt. l. 4. C ne de stat. defunctor. l. 3. C. si pendent. appellat. mors interv. l. 1. ne fisc. rem quam vend. evinc. *Modesto & Probo Coss.* l. 1. §. 2. ff. de fugitiv. *Modesto Consule.* Cassiodor. *Modestus & Probus.* Chronic. Alex. Μοδέςȣ καὶ Πρόϐȣ. Fast. Flor. maj. Μοδέςος β' καὶ Πρόϐος. Fast. Idat. Prosper. chronic. Fast. anonym. & Bucher. fragm. *Modesto & Probo.* Gruter. inscript. CLXIX. II. * * * PR· KALEND· OCTOB· MODESTO· ET· PROBO· COSS.

Imp.

A.U.C.	Chr.	
981	229	Imp. M. Aurelius Severus *Alexander* Aug. III. Cassius *Dio* II. Suff. M. Antonius Gordianus II. vid. Capitolin. in tribus Gordiani. l. 11. C. de procuratorib. l. 1. C. in quib. caus. in integr. rest. nec. n. est. l. 12. C. de inoffic. testam. l. 4. C. de probationib. l. 6. C. de compensationib. l. 1. C. si n. cens. v. reliq. add. l. 3. C. de compensat. arg. h. l. & l. 11. C. de pact. l. 2. C. de dot. caut. non numer. l. 6 C. de donat. int. vir. & uxor. l. 1. C. de repud. & judic. de morib. subl. - - rer. amotar. l. 8. C. de administr. tutor. l. 3. C. de suspect. tutorib. l. 4. C. de heredib. tutor. v. curator. l. 10. C. de excusat. tutor. l. 6. C. de his quib. ut indign. l. 1. C. de jur. domin. impetr. l. 11. C. de fidejussorib. & mandator. *Alexandro A. III. & Dione Conss.* l. 11. C. de pactis. *Ipso A. III. & Dione II. Conss.*

l. 4.

A.U C.	Chr.	
981	229	l. 4. C. de ſentent. & interloc. omn. judic.

Alexandro A. & Dione Conſſ.

l. 13. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.

Ipſo A. III. & Dionyſio Conſſ.

Caſſiodor. *Alexander III. & Dio.*

Chronic. Alex. Ἀλεξάνδρου τὸ γʹ καὶ Δίωνος.

Faſt. Florent. min. Ἀλέξανδρος τὸ γʹ καὶ Δίων.

Faſt. Florent. maj. Σευῆρος καὶ Ἀλεξ. καὶ Δίων βʹ.

Tres conſules eſſe nequeunt, quamobrem legendum eſt Σευῆρος ὁ καὶ Ἀλέξανδρος. *Severus, qui etiam Alexander dicitur.*

Faſt. Idat. Proſper. chronic. Faſt. anonym. & Bucher. fragm. *Alexandro III. & Dione.*

Gruter. inſcript. MLXXIX. II.

ALEXANDRO· AVG· III· ET·
DIONYSIO· COS· INSVL· L·
SATRI· FELIC·

Caſſius Dio noſter eſt hiſtoricus cujus ſcripta adhuc exſtant, filius Aproniani conſulis anno 191. Ipſe meminit hujus ſecundi conſulatus in vita Alexandri. Δεύτερον ὑπατεύσαντα σὺν αὐτῷ ἐπέδειξε. *Iterum me (Alexander) conſu-*

A.U.C.	Chr.	
981	229	*consulem cum ipso designavit.* Quem consulatum ex Dione etiam Photius notavit in bibliotheca pag. 106. Antea fuerat consul suffectus.

A.U.C.	Chr.	
982	230	L. Virius *Agricola.* Sex. Catius *Clementinus.*

l. 1. C. Gregor. quod cum eo qui in alien. potest.
- - de offic. praef. praetor. orient.
- - de in jus vocand.
l. 12. C. de negot. gest.
l. 6. C. de usufr. & habitat.
l. 4. C. ad exhibend.
l. 3. C. de instit. & exercit. act.
l. 5. C. ad SCt. Macedonian.
l. 9. & 10. C. de administr. tutor.
l. 3. C. de collationib.
l. 1. C. si antiq. credit. pign. vendider.
- - de part. pignor. & omn. caus.

Agricola & Clementino Conss.

l. 12. C. de pactis.
l. 6. C. de transactionib.
l. 3. C. de his qui a non domin. manum.
l. 12. C. de fidejussorib. & mandatorib.
l. 7. C. de his qui accusar. non poss.
l. 5. C. ad L. Cornel. de falsis.
l. 2. C. de injuriis.

Agricola & Clemente Conss.

Cassiodor. *Gratus & Seleucus.*

A.U.C.	Chr.	
982	230	Chronic. Alex. Ἀγρικόλα καὶ Κλήμεντος.
		Faſt. Flor. min. Πρισκιλλιανὸς καὶ Ἀγρικόλαος.
		Faſt. Flor. maj. Πρισκιλλιανὸς καὶ Ἀγρικόλας.
		Faſt. Idat. *Agricola & Clemente.*
		Proſper. chronic. *Grato & Seleuco.*
		Faſt. anonym. & Bucher. fragm. *Agricola & Clementino.*
		Gruter. inſcript. pag. ccc.
		L· VIRIO· AGRICOLA· SEX· CATIO· C . . . INO.
		Cuperus in monument. antiq. med. pag. 229. & Alting in notitia Germaniae infer. pag. 39.
		I· O· M· MARTIVS. VICTOR· SIG· LEG. XXX· V· V. SEVERIANAE. ALEXANDRI· P. F· V· S· L· M. AGRICOLA· ET· CLE MENTIANO· COS·

Pom-

AUC. Chr.

983 231 Civica *Pompejanus.*
Pelignianus.

l. 1. C. si adversf. rem judicat.
l. un. C. et per procur. caus. in integr. restit.
l. 1. C. ubi caus. stat. agi deb.
l. 3. C. de probationib.
l. 1. C. de dotis promission.
l. 3. C. in quib. casib. tutor. v. curator. hab.
l. 11. C. de excusat. tutor.
l. 8. C. de furt. & serv. corrupt.
l. 11. C. de legatis.
l. 5. C. de distract. pignor.
l. 11. C. de evictionib.
l. 1. C. de crimin. stellionat.

Pompejano & Peligno.

Cassiodor. *Pompejanus & Felicianus.*
Chronci. Alex. Πομπηιανοῦ καὶ Πελεγμιανοῦ.
Fast. Flor. min. Πομπηϊανὸς καὶ Πελιγνιανός.
Fast. Flor. maj. Κόμοδος καὶ Πελιγνιανός.
Anastas. vit. Pont. *Pompejanus & Felicianus.*
Fast. Idat. *Pompejano & Pelигniano.*
Prosper. chronic. *Pompejano & Feliciano.*
Fast. anonym. & Bucher. fragm. *Pompejano & Peligniano.*
Hujus legis ſubſcriptionem quoad conſules ſollicitat H. Valeſius ad Ammian. l. 19. p. 173. & ſequentis anni conſulum, Euſebii & Hypatii nomina illis ſubſtituit. Vellem rationes ſuae emendationis addidiſſet. Nullam video. Quamvis enim Ammian. lib. 19. extr. quo res coſſ. Euſebio & Hypatio anno 359 geſtae continentur, juſſu Conſtantii quaeſtiones cruentas habitas in oriente in eos qui quovis modo de fatis Imperatoris & ſucceſſore ὁράσεις inſpexiſſe vel oracula interrogaſſe delati erant, & praecipue Alexandriae ductos plurimos damnatosque narret, tamen eo referendam eſſe legem ſupra dictam, ut viſum Valeſio, h. e. exponendam de iſto ab Ammiano ſignato anno, & propterea mutanda eſſe in ea Coſſ. nomina, nihil cogit. Neque enim a tempore irrogati ſupplicii ad legis promulgatae tempus firmiter colligere licet quum illud non confeſtim ſed ex intervallo interdum ſatis longo has ſequatur. Ita ſcribit Reineſ. epiſt. 27. ad Rupertum.

Poſtea

A.U.C.	Chr.	
1110	358	Postea observat pro *Arimini* legendum *Sirmii*, & miratur hoc Valesium non notasse.

l. 4. C. Theod. de bonis proscriptor.
l. 2. . . . . de murilegul.
l. 13. . . . . quor. appell. n. recip.
l. 44. 45. 46. . de decurionib.
l. 2. C. de cohortalib. princip. &c.

Datiano & Cereale Conss.

l. 1. C. Theod. de inoffic. dotib.

Datiano & Cereali Conss.

l. 1. C. de inofficios. dotib.

Tatiano & Cereale Conss.

Τατιανȣ etiam scribit Socrates hist. eccles. II. 39.

l. 7. C. de malefic. & mathem.

Titiano & Cereale Conss.

Cassiodor. *Titianus & Cerealis.*
Chron. Alex. Δατιανȣ καὶ Κερεαλιȣ. Ita etiam in Epiphanio haeres. 71. legitur Δατιανὸν καὶ Κερεάλιον.
Fast. Flor. min. Δατιάνὸς καὶ Κερέαλιος.
Fast. Flor. maj. Δατιανὸς καὶ Καράλλιος.
Fast. Idat. *Datiano & Caereale.*
Prosper. chronic. & Paschal. latercul. *Datiano & Cereale.*

Fabrett. inscript. pag. 706.

NAERATIVS.
CEREALIS. V. C.

A.U.C.	Chr.
1110	358

CONS. ORD.
CONDITOR.
BALNEARVM.

Boiſſard. antiqq. Roman. part. III. pag. 109. & Contelor. de praef. urb. 57.

NERATIVS. CEREALIS. V. C.
PRAEFECTVS. VRBI.

Contelorius putat hunc eſſe Cerealem qui anno 353 Praefectus urbi fuit poſt Septimium Mnaſeam. Hinc nomen *Neratii* datur Cereali. Sed an non nomina *T. Fabii*, data Datiano huic, ob inſcriptiones in quibus legitur TIT. FAB. TITIANO, ad alium pertineant, vide infra ad ann. 391.
Spon. miſcell. 295.

DECIANO. ET.
CEREALE. COSS.

Ex Gudianis inſcript.

. . . . ET. CAERIALE. CONS.

Contelorius de praef. urb. pag. 57.

NERATIO. CEREALI. V. C. CONS.
ORD. PRAEF. VRB. CONDITORI.
BALNEARVM. CVRSIVS. SATRIVS.

PATRONO.

A.U.C.	Chr.
1110	358

PATRONO· OMNIA· PRAE
STANTISSIMO·

Reineſ. claſſ. xx. inſcript. CXXXI. pag. 929.

MVCIA. PAVLINA. LICINO· HERCLA
NIO· FILIO· BENEMERENTI.
QVI· VIXIT· ANNIS· XX· IN· PACE.
FECIT·
SVPRASCRIPTA· PAVLINA· IN· PACE·
REQVIEVIT· DI· XIIII· KAL· DECEM.
DAT. ET· CAER· CONSS.

Gruter. inſcript. CCCIII. 2. & MLXXXVII. 4. 5. Guther. de vet. jur. Pontificio lib. I. cap. 25. ubi CEREALI legitur uti & apud Ammianum & Victorem.

DATIANO· ET· CEREALE.
CONS·
NONIVS· VICTOR· OLYMPIVS·
V. C· P. P· PER· AVR.
VICTOR. AVGENTIVS.
V. C·
TRADIDERVNT· PATRICA·
XIII· KAL. MAI·
FELIC·

Ammianus lib. XIV. cap. XI. Matre

 Galla

A.U.C.	Chr.	
1110	358	Galla, ſorore Rufini & Cerealis, quos trabeae conſulares nobilitarunt. Hieronymus in epitaphio Marcellae epiſtola XCVI. *Quum eam* (Marcellam) *Cerealis, cujus clarum inter conſules nomen eſt, propter aetatem & antiquitatem familiae, & inſignem (quod maxime viris placere conſuevit) decorem corporis ac morum temperantiam ambitioſius peteret, ſuasque longaevus polliceretur divitias, & non quaſi in uxorem ſed quaſi in filiam vellet donationem transfundere, Albinaque mater tam clarum praeſidium viduatae domus ultro appeteret, illa reſpondit: ſi vellem nubere & non aeternae me cuperem pudicitiae dedicare, utique maritum quaererem, non hereditatem.*

A.U.C.	Chr.	
1111	359	Flavius *Euſebius*. Flavius *Hypatius*. l. 14. 15. 16. C. Theod. de praetorib. & quaeſtorib. l. 3. 4. 5. C. Theod. de curioſis. l. 5. . . . . de erogat. milit. annon. l. 9. . . . de extraord. ſiv. ſord. munerib. l. 28. . . . de appellationib. l. 47. . . . de decurionib. l. 1. . . . de calc. coctor. urb. Rom. l. 1. C. de offic. praetor. l. 3. C. de curioſis.

Euſebio

A.U.C.	Chr.	
1111	359	*Eusebio & Hypatio Conss.*

Cassiodor. *Eusebius & Hypatius.*
Chronic. Alex. Ἐυσεβίȣ καὶ Ὑπατίȣ.
Fast. Flor. min. Ἐυσέβιος καὶ Ὑπάτιος.
Fast. Flor. maj. Ἐυσέβιος καὶ Ὑπάτιος.
Fast. Idat. & Prosper. chronic. *Eusebio & Hypatio.*
Paschalis laterculus hos & octo sequentium annorum consules omisit.
Sozomen. hist. eccles. III. 19. ordine inverso

Ὑπατίȣ καὶ Ἐυσεβίȣ ὑπατευόντων
Hypatio & Eusebio Coss.

sed lib. IV. 17. in formula publica auctoritate conscripta ὑπατευόντων Ἐυσεβίȣ καὶ Ὑπατίȣ. & cap. 22. Ἐυσέβιος καὶ Ὑπάτιος.
Ammianus lib. XVIII. c. I. *quum Eusebium atque Hypatium sublimarent vocabula consulum.* Idem lib. XXIX. *Egregium illud par consulum Eusebium & Hypatium, germanos fratres, Constantii principis quondam affines.*
Flavius hic Eusebius appellabatur Consulum prior. Socrates hist. eccles. II. 37. Φλαβίȣ Ἐυσεβίȣ καὶ Ὑπατίȣ. *Flavii Eusebii & Hypatii.* Erant autem fratres, uti Ammianus Marcellinus lib. XXIX. histor. observat. Idem lib. XXI. 6. *Faustinam nomine sortitus est* (Constantius) *conjugem, amissa jam pridem*

A.U.C.	Chr.
1111	359

dem Eusebia, cujus fratres erant Eusebius & Hypatius consulares.

Fabrett. inscript. & Contelor. de praef. urb. pag. 58. Gruter. inscript. MCLXII. Gangraei not. ad Prudent. pag. 131.

IVN. BASSVS· QVI· VIXIT. ANNIS XLII· IN· IPSA· PRAEFECTVRA. VRBI· NEOFITVS· IIT. AD· DEVM· VIII· KAL· SEPT· EVSEBIO. ET· YPATIO· COSS·

Valesʃ. ad Ammian. XVII. 1. scribit Sirmondum in notis ad Ennodium primum fuisse qui hanc inscriptionem in lucem protulit: sed contrarium verum est, nam in Grutero, loco citato, legitur. Eundem Valesium huc referre *l. 6. C. Theod. de malefic. & mathemat.* jam monui ad annum 358. Idem de hoc Basso explicat Prudentium l. 1. c. Symmach.

Non Paullinorum, non Bassorum, dubitavit
Promta fides dare se Christo.

In operibus Hilarii pag. 1341. extat epistola Constantii Imp. ad episcopos Italos qui in Ariminensi concilio convenerant

A.U.C.	Chr.
1111	359

nerant *data* VI. *kal. Junias Eusebio & Ypatio Conss.*

Gruter. inscript. MLXXXVII. 5.

EVSEBIO· LIPPATIO· CONS·
NONIVS· VICTOR· OLYMPIVS· V· C· ET
AVREL· VICTOR· ARGENTIVS· V· C·.
TRADIDERVNT· LEONTICA· V· IDVS.
MARTIAS· FEL·

Hanc inscriptionem Dalenius in diss. de sacro Taurobolio pag. 12. rectius ita legit

EVSEBIO· ET· HYPATIO· CONS·

A.U.C.	Chr.
1012	360

Imp. Fl. *Constantius* Aug. X.
Fl. Claudius *Julianus* Caesar III.

l. 1. C. Theod. de patrocin. vicor.
l. 2. . . . de lustral. conlat.
l. 15. . . . de episcop. eccles. &c.
l. 3. C. de episcop. & cleric.

Constantio A. X. & Juliano Caes. III. Conss.

l. 1. C. de erogat. militar. annon.

Constantio X. & Juliano C. III. Conss.

l. 2. C. Theod. de inoffic. dotib.

A.U.C.	Chr.
1112	360

Ipso Augusto X. & Juliano Caes. IIII. Conss.

Ad hanc legem notat Gothofredus, legi *Dat. Syrmio ipso Aug. X. & Juliano Caes. IV. Coss.*. sed quum haec lex superiori quae data est A. 358. subjiciatur necesse est hanc tempore posteriorem esse, & ideo ad a. 357 haec referri non potest quo anno Constantius Sirmii fuit. Ergo posteriorem tempore esse oportet, quod res ipsa quoque clamat: dicta quippe l. 1. inofficiosae dotis querela primum introducta fuit eo anno 358. de qua ipsa cum sit haec lex, eam tempore posteriorem esse oportet. Recta proinde videtur MSS. nonnullorum scriptura, ubi Juliano Caes. III. expressum est, sic ut referenda sit ad ann. 360. Pro *Sirmio* reponit *Syrimio*, quod nomen est loci prope Antiochiam.

l. 6. C. Theod. de erogat. milit. annon.

Constantino X. & Juliano C. III. Conss.

Cassiod. *Constantius X. & Julianus Caes. III.*
Chronic. Alex. Κωνσαντίυ Ἀυγύσυ τὸ ιϐ´ καὶ Ἰυλιανῦ τὸ τρῖτον. Lege τὸ ι´ pro ιϐ´.
Fast. Flor. min. Κωνσάντιος Ἄυγυσος τὸ ι´ καὶ Ἰυλιανὸς Καῖσαρ τὸ γ´.
Fast. Flor. maj. Κωνσαντίυ τὸ ι´ καὶ Ἰυλιανῦ τὸ γ´.
Legitur in l. 74. C. Theod. de decurion. *Qui intra annos 40 consulatus Constantii decimi & Juliani III. amplissimi ordinis participasse collegium monstrabuntur.*
Fast. Idat. & Prosper. chronic. *Constantio*

A.U.C.	Chr.	
1112	360	

tio X. & Juliano III.

Ammianus lib. xx. 1. *Consulatu Constantii decies, terque Juliani.*

Sozomen. hist. eccles. iv. 26. Κωνσταντίου τὸ δέκατον καὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ Καίσαρος τὸ τρίτον ὑπατευόντων. *Constantio X, Juliano Caesare III. Coss.*

Ad hunc consulatum historiam suam perduxit Aurelius Victor, in cujus libri manuscripti titulo legebatur, *Aurelii Victoris historiae abbreviatae ab Augusto Octaviano, id est, a fine Titi Livii usque ad consulatum decimum Constantii Augusti & Juliani Caesaris tertium incipiunt feliciter.* Ita testatur Andreas Schottus.

A.U C.	Chr.	
1113	361	

Flavius *Taurus.*
Flavius *Florentius.*

l. 4. C. Theod. de inoffic. testam.
l. un. . . . de inoffic. donation.

In hujus legis subscriptione editum est in Gothofredo, *Tauro & Florentino Coss.*

l. 12. & 13. C. Theod. de praetorib. & quaestorib.
l. 1. C. Theod. de metatis.
l. 7. . . . de cohortalib. princip.
l. 7. . . . de annon. & tribut.
l. 1. . . . de public. comparat.
l. 1. . . . de protostasia.
l. 14. . . . quor. appellat. non recip.

A.U.C.	Chr.	
1113	361	l. 48. & 49. . . de decurionib. l. 3. . . . de lustral. conlat. l. 7. . . . de operib. public. l. 16. . . . de episcop. eccles. & cler. l. 4. C. de episcop. & cleric. l. 9. C. de inofficios. donationib. l. 7. C. de dignitatib.

Tauro & Florentio Conss.

Cassiodor. *Taurus & Florentius.*
Chronic. Alex. Ταύρου καὶ Φλωρεντίου.
Fast. Flor. min. Ταῦρος καὶ Φλωρέντιος.
Fast. Flor. maj. Ταύρου καὶ Φλορεντίου.
Fast. Idat. & Prosper. chronic. *Tauro & Florentio.*

Reines. inscript. class. xx. inscript. ccccxxxi. pag. 997.

FLAVIIS. TAVRO.
ET· FLORENTIO·
CONSS. VIII· KAL·
SEPT· DEP· IN· PACE·
Q· VIX· M· XI. D.
. . . . XXIII.

Ammianus etiam meminit lib. xxii. cap. 3. Socrates quoque lib. ii. 45. & 47. & iii. i. Ταύρου καὶ Φλωρεντίου.
Zosimus histor. lib. iii. Ταῦρος καὶ Φλωρέντιος οἱ κατ' ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ὕπατοι τῆς Κωνςαντίου μέριδος ὄντες ἅμα τῷ μαθεῖν

A.U.C.	Chr.	
1113	361	θεῖν ὅτι Ἰȣλιανὸς ὑπερβὰς τὰς Ἄλπεις εἰς Παιονίαν ἀφίκετο, φυγῇ τὴν Ῥωμαίων ἀπέλιπον· φυγάδας μὲν αὐτȣ̀ς ὑπάτȣς ἐν τοῖς συμβολαίοις ἐκέλευε γράφεσθαι. *Taurus & Florentius, istius anni consules, erant a partibus Constantii, & simul ac cognoverant Julianum Alpes transgressum in Pannoniam pervenisse Roma fugerunt: quare illos in perscribendis instrumentis* consules fugitivos *nominari jussit.*

A.U.C.	Chr.	
1114	362	*Mamertinus.* *Nevitta.* l. 1. C. Theod. de domin. rei quae posc. l. 4. . . . ad SCt. Claudian. l. 1. . . . de domestic. & protectorib. l. 7. . . . de erogat. milit. annon. l. 6. & 7. . . de numerar. actuar. &c. l. 12. 13. 14. . de curs. public. l. 1. . . . de exhibend. v. transmitt. reis. l. 5. . . . de bon. proscriptor. l. 1. . . . de locat. fundor. jur. emphyt. l. 2. . . . de immunit. concess. l. 10. . . . de extraord. siv. sord. munerib. l. 2. . . . de conlat. fundor. patrim. l. 2. . . . de protostasia. l. 29. & 30. . de appellationib.

l. 5.

A U.C.	Chr.	
1114	362	l. 5. . . . de fid. test. & instrum.

Hic ita legitur: *Pars actorum habitorum aput Imperatorem Julianum Augustum Mamertino & Nevitta Coss.* x. *kal. April. Constantinop. in consistorio: adstante Jovio viro clarissimo quaestore, Anatolio magistro officiorum, Felice Com. S. L. &c. Imperat. Julianus A. dixit.* Τηλικαῦτα γραμμάτια &c.

l. 50. 51. 52. 53. 54. C. Theod. de decurionib.

l. 1. C. Theod. de auro coronar.

l. 4. C. Theod. de lustral. conlat.

l. 4. & 5. C. Theod. de medic. & professor.

l. 9. & 10. C. Theod. de operib. public.

l. 4. C. de oper. publ.

Inscribitur *Constantius* & *Constans* A. A. & subscr. Antiochiae IV non. Dec. Sed patet inscribendam esse *Julianus* A.

l. 22. & 23. C. de decurionib.

Haec lex inscribitur *Imp. Julianus A.* & data est *Antiochiae* v *kal. Septemb.* Quod confirmat emendationem legis praecedentis.

l. 7. C. de professorib. & medic.

Haec inscripta est *Imp. Julianus A.* data v *kal. Jul.* & acc. IV *kal. Aug. Spoletii.*

l. 8. C. de dignitatib.

Haec inscripta est *Imp. Julianus A.* & data *Constantinop. non. Febr.*

l. 4. C. de curs. public.

Mamertino & Nevitta Coss.

l. 8. C. Theod. de erogat. milit. annon.

Mamertino & Nevitta VV. CC. Coss.

l. 1.

A.U.C.	Chr.
1114	362

l. 1. C. Theod. de proxim. comit. dispoſit.

Mamertino & Nevitta V. C. Conſſ.

l. 1. C. Theod. ſi cert. petat. de ſuffrag.
l. 3. . . . de contrah. empt.
l. 5. C. de pedan. judicib.

Data fuit v. *kal. Aug. Antiochiae* : & Julianus ſub finem Junii Antiochiae fuiſſe creditur, ubi Adonia celebravit. vide Ammianum Marcellinum lib. XXII. 9. & Valeſii commentaria. Alii putant Julium pro Junio apud Hieronymum eſſe legend.

l. 1. C. de conſortib. ejusd. lit.
l. 2. C. de his qui per met. judic. n. appell.

Haec data *Emiſſae* xv *kal Jul.* ſic ut tunc nondum Antiochiae fuerit Julianus ut Adonia celebraret. Et in Miſopogone poſt hunc annum ſcripto (nam meminit kalendarum Januar., quibus ipſe conſul erat, i. e. anno 363) ait Antiochenos conqueri quod ſeptimo jam menſe gravitatem ejus tolerarent.

l. 3. C. de collat. fundor. patrim.

Mamertino & Nevita Conſſ.

NEBITA etiam legit Marquardus Gudius in inſcriptione quae ex Vignolio mox dabitur.]

Caſſiodor. *Mamertinus & Nevitta.*
Chronic. Alex. Μαμερτίνου καὶ Νεβήττα.
Faſt. Flor. min. Μαμερτῖνος καὶ Νευέτας.

Faſt.

A.U.C.	Chr.	
1114	362	Fast. Flor. maj. Μαμερτίνȣ καὶ Νεβίτλας.

Malala chronogr. Μαρμεντίȣ καὶ Νεβήτα.

Inter panegyricos veteres legitur Mamertini gratiarum actio de consulatu suo Juliano Imperatori.

Ammianus l. XXI. 10. *Mamertino in consulatu junxit Nevittam, nec splendore nec usu nec gloria horum similem quibus magistratum amplissimum detulerat Constantinus, contra inconsummatum & subagrestem & quod minus erat ferendum, celsa in potestate crudelem.*

Idem lib. XVII. *Huic pugnae Nevita postea consul equestris praepositus turmae &c.* Idem lib. XXII. *Quum Mamertini & Nevitae nomina suscepissent paginae consulares.*

Zosimus hist. lib. III. de Juliano. Νευΐτᾳ δὲ καὶ Γαδαλαΐφῳ τὰ τεχώματα καὶ τὰς τῶν χωμάτων ἐγέρσεις ἐπέτρεψεν. Haec reddi possunt verbis Ammiani lib. XXIV. *Et cuniculos quidem cum vineis Nevitta & Dagalaiphus curabant.*

Vignoli inscript. select. pag. 328. Repertus est lapis Romae a. 1648. Confer Fabretti inscription. pag. 695. ubi mutila est.

MAMERTINO. ET. NEBITTA. CO.
NONIVS. VICTOR. OLYMPIVS. V. C.
ET. AVR. VICTOR. AVGENTIVS.
TRADIDERVNT. LEONTICA.

KAL.

A.U.C.	Chr.	
1114	362	KAL. APR. FELIC. ALIA. TRADIDERVNT. CON. SS VI. IDVS. APR. FELIC. LEONT. CONS. SS. TRADIDERVNT. CRYPHIOS. VI. IDVS. APR. FELIC.

A.U.C.	Chr.	
1115	363	Imp. Fl. Claudius *Julianus* Aug. IV. Secundus *Sallustius*.

l. 1. C. Theod. de cognitorib. & procurat.

In codice Theodosiano a Gothofredo illustrato legitur in subscriptione hujus legis *Juliano A. III.* &c. sed in aliis A. IV.

l. 2. C. Theod. de dotibus.
l. un. . . . de long. consuetud.
l. 2. . . . . de agentib. in reb.
l. 8. . . . . de numerar. actuar. &c.
l. 15. & 16. . de curs. public.
l. 5. . . . . de sepulcr. violat.
l. 2. . . . . de metall. & metallar.

Haec lex tribuitur Juliano. Sed cum 3 non. Mart. contra Persas Constantinopoli exisset Julianus VI kal. Jul. teste Eutropio, qui interfuit expeditioni, ex vulnere obiit. Quare Joviano, (cujus nomen una litera discernebat a Juliani, *Ammian. lib.* 25. 5) tribuenda est. Reines. epist. 27 ad Rupertum. Ita etiam sentit Gothofredus in chronologia C. Theod. ad h. a. & aliquot alias leges *Juliano* adscriptas recenset quae Joviano tribuendae sunt.

l. 3. & 4.

A.U.C.	Chr.	
1115	363	l. 3. & 4. C. Theod. fin. cenf. v. reliq. fund.
		l. 1. . . . de conlat. donatar.
		l. 1. . . . de indulgent. debitor.
		l. 31. . . . de appellationib.
		l. 55. & 56. . . de decurionib.
		L. 56. data XII *kal. Jan.* & infcripta *Julianus* peccat in uno vel altero.
		l. 2. C. Theod. de ponderatorib. & aur. illat.
		l. 3. . . . de fuar. pecuar. &c.
		l. 2. . . . de itiner. muniend.
		l. 23. C. de procuratorib.
		l. 3. C. fin. cenf. v. reliq. fund. comp.

Haec Lex a Juliano data eft XIV *kal. Mart. Antiochiae.* Ammianus Marcellinus fcribit lib. XXIII. 2. Julianum *tertio nonas Martias* profectum Antiochia: ubi tamen alii codices legunt *Majas.* Sed ex fequentibus liquet *Majas* legi non poffe: nam dicitur poftea Julianus profectus Antiochia veniffe Carras, ubi quum effet, diem fecuturum qui erat quartum decimum kal. April. obfervari debere pronunciabant. Ergo tertio nonas Majas Antiochia egreffus non eft. Praeterea Ammianus paulo poft iter Juliani narrans dicit eum *veniffe ad Callinicum, ubi ante diem* VI *kal. quo Romae matri Deorum pompae celebrantur annales, & carpentum quo vehitur fimulacrum Almonis undis ablui perhibetur, facrorum folennitate prifco more completa, fomno per otium capto, exultans pernoctavit.* Lindenbrogius ex Vibio Sequeftre, qui fcribit in lib. de flumin. *Almon. (Romae ubi mater Deum* VI *kal. April. lavatur)* notat illum diem VI kal. April. fuiffe.

Poftea

A.U.C.	Chr.
1115	363

Poſtea Ammianus narrat cap. 5. *Julianum veniſſe Cercuſium principio menſis Aprilis*, & poſt 7. Id. April. fuiſſe in Meſopotamia. Adeoque *tertio nonas Majas* non fuit Antiochiae.

l. 5. C. de ſepulcr. violat.
Haec data eſt *Antiochiae prid. Id. Febr.*

l 24. C. de decurionib.
Data *Antiochiae kal. Mart.*

Juliano A. IIII. & Salluſtio Conſſ.

l. 7. C. de aedific. privat.
Haec lex Juliani data legitur VI *kal. Novemb*, ſed eo tempore Julianus jam erat mortuus, qui deceſſit VI. kal. Jul. teſte Ammiano lib. XXV. 5. quare aut in nomine *Juliani* aut menſis *Novembris* eſt error.

l. 12. C. de except. ſeu praeſcript.
Haec data eſt *Antiochiae* VII *Id. Mart.* & confirmat lectionem codicum Ammiani in quibus tertio nonas majas Antiochia demum profectum Julianum ſcribunt.

l. 2. C. de ponderatorib. & aur. illat.
Haec data a Juliano legitur *Salone* VIII *kal. Maji.* Salonae in Dalmatia aut Illyria eſſe non potuit Julianus.

Juliano A. IIII. & Saluſtio Conſſ.

Caſſiodor. *Julianus IV. & Salluſtius.*
Chronic. Alex. Ἰουλιανοῦ Αὐγούστου τὸ δʹ καὶ Σαλουστίου.
Faſt. Flor. min. Ἰουλιανὸς τὸ δʹ καὶ Σαλούστιος.
Faſt. Flor. maj. Ἰουλιανοῦ τὸ δʹ καὶ Σαλουστίου.
Faſt. Idat. *Juliano Aug. IV. & Saluſtio.*

A.U.C.	Chr.	
1115	363	Prosper. chron. *Juliano III. & Salustio.*

Malala in chronogr. part. II. pag. 25. Ἐπὶ τῆς ὑπατείας Σαλουστίου. Nam collega ejus erat mortuus. Salustius erat aetate major Juliano. Ammianus lib. XXIII. I. *Interitum memorabant portendi consulum seniori, nimirum Sallustio.*

Ammianus lib. XXIII. *Julianus vero jam ter consul ascito in collegio trabeae Sallustio praefecto per Gallias, quater ipse amplissimum inierat magistratum, & videbatur novum adjunctum esse Augusto privatum, quod post Diocletianum & Aristobulum nullus meminerat gestum.* De hoc Salustio multa habet Pagius in Critica ad ann. 362. & Gothofredus in prosopogr. C. Theod. qui illum *Secundum* vocat, inscriptio autem mox danda *Flavium.*

Socrates hist. eccles. III. 21. Ἰουλιανὸς ἐν τῇ τετάρτῃ ὑπατείᾳ ἣν ἅμα Σαλουστίῳ ἐδεδόκει. *Julianus in consulatu quarto, quem cum Salustio dederat.* Consulatum dare respicit ad ludos Circenses; quos consules initio sui consulatus edebant. Ideo aliquando legitur, *consulatum suscepit & dedit.*

Fabretti inscript. pag. 113. ex schedis Barberinis.

D. N. CL. IVLIANI. AVG. IIII.
ET. FL. SALLVSTI. CON.

ibid.

A.U.C.	Chr.	
1115	363	ibid. pag. 237. & 740. ex tabella in coemiterio Priscillae.

MARCIA· QVAE· VIXIT· ANNOS. XVIIII. ET· M· X. DEP· KAL· SEPT. IVLIANO· AVG· IIII· ET· SALLVSTIO·

A.U.C.	Chr.	
1116	364	Imp. Fl. *Jovianus* Aug. Fl. *Varronianus. N. P.*

N. P. id est, *Nobilissimus Puer*: erat enim teste Ammiano Marcellino, lib. 25. admodum parvulus usque adeo ut vagitu suo pertinaciter reluctaret ne in curuli sella veheretur ex more.

l. 2. C. de consortib. ejusd. lit.

Divo Joviano A. & Varroniano Conss.

Jovianus jam erat mortuus XIII. kal. Mart. teste Eutropio, & haec lex est P. P. VI *Id. Dec.* Ideo additur *Divo*. Sed tamen leges aliae sunt datae post mortem Joviani in quibus sine *Divo* legitur *Joviano & Varroniano Coss.*

l. 2. C. Theod. de rapt. v. matrim. sanctimon.

Add. l. 5. C. de episc. & cleric. ubi Gothofr. in not.

Joviano A. & Varroniano Conss.

Vide de subscriptione hujus legis Reinesium epist. 27. ad Rupertum, pag. 113. ubi

A.U.C.	Chr.	
1116	364	ubi non Antiochiae, sed Ancyrae esse datam probat, nec XI kal. Mart. quia XIII kal. Mart. obiit Jovianus Dadastanae.
		l. 2. C. Theod. de offic. rector. provinc.
		l. 4. . . . . de jurisdict.
		l. 7. . . . . de pact. & transact.
		l. 2. . . . . de cognitorib. & procurat.
		l. 2. & 3. . . . de domestic. & protector.
		l. 6. . . . . de privileg. eor. qui in S. Palat.
		l un. . . . . de equestr. dignitat.
		l. 5. . . . . de re militar.
		l. 10. 11. 12. . de erogat. militar. annon.
		l. 8. . . . . de veteranis.
		l. un. . . . . de privileg. apparitor. &c.
		l. 8. . . . . de cohortalib. princip. &c.
		l. 17. 18. 19. 20. 21. C. Theod. de curs. public.
		l. 1. C. Theod. ne quid publ. laetit. nunt.
		l. 3. . . . . de iis quae administr. v. offic.
		l. 7. . . . . de malefic. & mathemat.
		l. 1. & 2. . quib. equor. us.
		l. 5. 6. 7. . de poenis.
		l. 6. . . . . de bonis proscriptor.
		l. 8. . . . . de jure fisci.
		l. 2. . . . . de Caesarianis.
		l. 9. . . . . de petitionib. & ultr. dat.
		l. 8. . . . . de annon. & tribut.
		l. 9. . . . . de exactionib.
		l. 1. . . . . de condit. in public. horr.

l. 3.

A.U.C.	Chr.	
1116	364	l. 3. C. Theod. de conlat. fundor. patrim.
		l. 2. . . . . de conlat. donat. v. relev.
		l. 32. 33. 34. . de appellationib.
		l. 1. . . . . de reparat. appellat.
		l. 15. & 16. . quor. appell. non recip.
		l. 57. 58. 59. 60. 61. 62. C. Theod. de decurionib.
		l. 3. 4. 5. C. Theod. de legat. & decret. legation.
		l. 5. & 6. C. Theod. de luſtral. conlat.
		l. 6. C. Theod. de medic. & profeſſorib.
		l. 10. . . . de navicular.
		l. 1. . . . . de privileg. corporator.
		l. 3. 4. 5. 6. 7. . de piſtorib. & catabolenſ.
		l. 2. . . . . de calc. coctorib. urb. Rom.
		l. 1. . . . . de canon. frum. urb. Rom.
		l. 1. & 2. . . de annon. civic.
		l. un.. . . . de naut. Tiberin.
		l. un. . . . de ſaccar. urb. Rom.
		l. 11. 12. 13. . de operib. public.
		l. un. . . . quor. uſ. interd. eſt.
		l. 17. . . . de epiſcop. eccleſ. & cleric.
		l. 1. C. de commerc. & mercator.
		l. 24. C. de appellat.
		Haec lex legitur *data prid. non. Febr.* ab Impp. Valentiniano & Valente AA. Sed dies ille per errorem ita ſcriptus eſt, quia Jovianus Imperator vivebat adhuc illo tempore. Valentinianus demum circa finem Februarii factus fuit Auguſtus, quod patet ex Ammiano lib. XXVI. nam die XVII Februarii electus fuit Valen-

A.U.C.	Chr.	
1116	364	lentinianus: & poſt dies decem, id eſt, die XXVI Februarii levatus eſt. Et diebus XXX poſt (i. e. 5 kal. April.) Valentem fratrem Auguſtum aſſumſit.

l. 5. C. de operib. public.

l. 1. C. de condit. in public. horr.

In quibusdam codd. ſubſcripta eſt *Divo Joviniano Conſſ.*

l. 25. C. de decurionib.

l. un. C. de naut. Tiberin.

l. un. C. ut armor. uſ. inſc. princip. interd.

l. 3. C. de erogat. milit. annon.

Haec lex inſcriptionem bonam habet *Impp. Valent. & Valens AA.* nam eo tempore quo data eſt Jovianus Imperator jam obierat, VI *kal. Jan.* ſed in lege praecedenti legitur *Jovianus* pro Valentiniano & Valente, nam quia data eſt Joviniano & Varroniano conſulibus, adeoque hoc anno, & quidem V. *kal. Octobr.* ideo Joviani nomen, ibi ſcribi non debuit.

l. 1. C. de apparitorib. magiſtr. milit. &c.

Divo Joviano & Varroniano Conſſ.

l. 9. C. Theod. de erogat. milit. annon.

l. 2. C. de condit. in public. horr.

l. 2. C. de erogat. milit. annon.

Inſcriptio hujus legis falſa eſt, *Imp. Jovianus A.* nam data eſt *Aedeſa*, V *kal. Octob.* Tunc Valentinianus & Valens erant Auguſti, & menſe Februario hujus anni jam mortuus erat Jovianus, uti docet Ammianus.

Joviano

A.U.C.	Chr.
1116	364

Joviano & Varroniano Conss.

l. 2. C. Theod. de auro coronar.

Divo Joviano & Varroniano V. C. Conss.

l. un. C. de equestr. dignitat.

Divo Joviniano & Varroniano Conss.

Cassiodor. *Jovianus & Varronianus.*

Chronic. Alex. Ἰοβιανοῦ Αὐγούστου καὶ Βαῤῥωνιανοῦ.

Fast. Flor. min. Ἰουλιανὸς Αὔγουστος καὶ Οὐαρονιανός.

Fast. Flor. maj. Ἰοβιανὸς καὶ Βαρρωνιανός.

Socrates hist. ecclef. III. 26. Ἐν ὑπατείᾳ τῇ αὐτοῦ καὶ Βαρωνιανοῦ, *consulatu sui & Varoniani.*

Ammianus lib. XXV. *Imperator consulatum iniit adhibito in societatem trabeae Varroniano filio suo admodum parvulo, cujus vagitus pertinaciter reluctans ne in curuli sella veheretur ex more, id quod mox accidit portendebat.*

Theophanes in chronogr. pag. 46. Ἰουβιανὸς σὺν Οὐρανιανῷ. vide Themistii orationem consularem quam Joviano consulatum Ancyrae ineunte habuit.

In Ferret. Muf. lapidar. pag. 30. memoratur consul Jovinianus ex lapide veteri albae Juliae, cum VERO collega

A.U.C.	Chr.	
1116	364	VERO. ET. IOVINIANO. COS.

Fleetwood in ſylloge pag. 47. legit SEVERO. Non eſt alius inter conſules ordinarios notus nomine Joviniani praeter hunc.

Ex inſcriptionibus Gudianis

. . . . . C. IOVIANO. ET.
FL. BARRONIANO. COS.

Huc refer quod Eutropius habet in fine breviarii ſui. *Is ſtatus erat Romanae rei Joviano eodem & Varroniano Coſſ. anno urbis conditae milleſimo centeſimo & nono decimo.* In annotationibus ad Eutropium Oxonii editum a. 1703. legitur: *vere hic annus fuit* U. C. 1116: & paullo ſuperius, *demendi ſunt anni tres.*

A.U.C.	Chr.	
1117	365	Imp. Fl. *Valentinianus* Aug. Imp. Fl. *Valens* Aug.

l. 5. C. Theod. de jurisdict.
l. un. . . . de nupt. gentil.
l. un. . . . ne colon. inſc. dom. ſ. alien.
l. 18. . . . de praetorib. & quaeſtorib.
l. un. . . . de ſtratorib.
l. 6. 7. 8. . . de re militar.
l. 13. & 14. . de erogat. milit. annon.
l. 1. . . . de militar. veſt.

l. 1. & 2.

A.U.C.	Chr.	
1117	365	l. 1. & 2. C. Theod. de pascuis.
		l. 2. C. Theod. de metatis.
		l. 2. . . . . de tironib.
		l. 1. . . . . de desertorib. & occult. eor.
		l. 7. . . . . de filiis militar.
		l. 9. 10. 11. . de numerar. actuar. &c.
		l. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. C. Theod. de curs. public.
		l. 1. C. Theod. de tractor. & stativ.
		l. 8. . . . . de divers. offic. & apparitor.
		l. 1. . . . . de executorib. & exactionib.
		l. 2. . . . . ne quid publ. laetit. nunt.
		l. 4. & 5. . . de iis quae administr. v. offic.
		l. 2. . . . . de exhibend. v. transmitt. reis.
		l. 4. . . . . de custod. reor.
		l. 3. & 4. . . quib. equor. us. concess. est.
		l. 7. & 8. . . de famos. libell.
		l. 8. & 9. . . de poenis.
		l. 9. & 10. . . de jur. fisc.
		l. 2. & 3. . . de actorib. & procuratorib.
		l. 10. . . . . de petitionib. & ultro dat.
		Forte referenda est haec lex ad a. 370. scribit Gothofredus ad a. 365. *in Chronologia*. In quibusdam codicibus nulli consules huic legi subscripti sunt, & inscriptio *Impp. Valent. Theod. & Arcad.*

A.U.C.	Chr.	
1117	365	*A. A. A.* ostendit ad hunc annum eam non pertinere.

l. 1. & 2. C. Theod. si vag. petat. mancip.
l. 1. . . . . de fisc. debitorib.
l. 3. . . . . de metall & metallar.
l. 3. & 4. . . . de murilegul. & gynaec.
l. 1. . . . . de his qui cum dispensator.
l. 9. 10. 11. 12. C. Theod. de annon. & tribut.
l. 1. & 2. C. Theod. tribut. in ipf. specieb. inferr.
l. 10. & 11. C. Theod. de exactionib.
l. un. C. Theod. ne dam. provinc. inflig.

Gothofredus hanc legem ad ann. 368. vel 370 refert, & numerum 11 vel 111 addit.

l. 3. G. Theod. de immunitat. concess.
l. 11. . . . . de extraord. siv. sordid. munerib.
l. 3. . . . . de relationib.
l. 35. . . . . de appellationib.
l. 2. & 3. . . . de reparat. appellat.
l. un. . . . . de secund. labsu.
l. 17. & 18. . . quor. appell. n. recip.
l. 63. 64. 65 66. 67. 68. 69. 70. C. Theod. de decurionib.

Vide Gothofredum qui numeros consulatibus adscribendos putat. Legem 63 & 64 refert ad ann. 373: 65. ad 365: 66, ad 368: 67. & 68. & 69. & 70. ad 365.

l. 4 5. 6. 7. 8 9. 10. C. Theod. de susceptorib.
l. 3. C. Theod. de aur. coronar.

l. 11.

A.U·C.	Chr.	
1117	365	l. 11. C. Theod. de navicular.
		l. 4. . . . de cenſ. ſiv. adſcript.
		Quia data eſt *ad Viventium P F. P. Galliarum*, quum hoc anno eſſet *Germinianus*, referenda eſt ad a. 368 vel 370. *Gothofred. in chronolog. ad hunc a.*
		l. 8. 9. 10. 11. 12. C. Theod. de piſtorib. & catabolenſ.
		l. 3. C. Theod. de calc. coctorib. urb. Rom.
		l. un. . . . de jur. Italic. urb. Conſtantinop.
		l. 3. & 4. C. Theod. de annon. civic.
		Referenda ad a. 368. ſcribit Gothofredus in chronologia ad a. 365. ubi hanc legem recenſet.
		l. 15. & 16. C Theod. de operib. public.
		l. 1. . . . . . de fid. catholic.
		l. 18. & 19. . . . de epiſcop. eccleſ. & cleric.
		l. 1. C. de epiſcop. audient.
		l. 4. C. de Judaeis & coelicol.
		l. 5. C. de precib. imper. offer.
		l. 1. & 2. C. de defenſorib. civitat.
		l. 9. C. ubi cauſ. fiſcal.
		l. 6. C. de vectigalib. & commiſſ.
		l. 2. C. de praeſcript 30. & 40. annor.
		l. 2. C. de relationib.
		l. 3. C. quor. appellat. n. recip.
		l. 1. C. de exhibend. & transmitt. reis.
		l. un. C. de emendat. propinq.
		l. 8. C. de malefic. & mathemat.
		l. un. C. de famoſ. libell.
		l. 19. C. de poenis.

A.U.C.	Chr.	
1117	365	l. 8. C. de jur. fiſc.
		l. 6. C. de fid. & jur. haſt. fiſcal.
		Hujus legis inſcriptio vel ſubſcriptio mendoſa eſt: nam inſcriptio memorat *Gratianum Auguſtum* qui hoc anno Auguſtus nondum erat. Vide ann. 367.
		l. 1. C. de his qui ex publ. rationib. mut. pecun.
		l. 6. C. de annon. & tribut.
		l. 26. & 27. C. de decurionib.
		l. 9. C. de excuſat. muner.
		l. 2. & 3. de ſuſceptor. praepoſit. &c.
		l. 1. C. de metallar. & metall.
		l. 3. & 4. C. de murilegul.
		l. 3. C. de agricol. & cenſit.
		l. 2. C. ne ruſtican. ad ull. obſeq.
		l. 1. C. de paſc. public. & privat.
		l. 3. C. de fund. patrimonialib.
		Huic etiam legi in Codd. quibusdam conſules adſcripti non ſunt.
		l. un. C. de ſtratorib.
		l. 1. C. de militar. veſt.
		l. 2. & 3. C. de numerar. actuar. &c.
		l. 5. C. de curſ. public.
		l. 1. C. de apparitorib. praef. praetor.
		l. 3. C. de cohortalib. princip.
		Ex inſcriptione hujus legis tolli debet nomen *Gratiani*, qui hoc anno Auguſtus nondum erat, ſed anno 366 privatus adhuc conſulatum iniit teſte Ammiano.
		Valentiniano & Valente AA. Conſſ.
		l. 3. 4. 5. 6. de pact. & transact.

l. 2. C.

A.U.C.	Chr.	
1117	365	l. 2. C. Theod. de postuland. l. 5. C. Theod. ad SCt. Claudian. l. 17. C. Theod. de postuland.

Ipsis AA. Conss.

De hac subscriptione legum ita legitur in notis Jacobi Goar ad haec Theophanis *chronogr. pag.* 46. Ὀυαλεντινιανὸς Ἄυγουστος Γρατιανὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἄυγουστον ἀνηγόρευσεν κοινωνὸν τῆς βασιλείας ὁμοῦ καὶ ὕπατον προαναγορεύσας. Anastasius bibliothecarius in historia pag. 31. ita vertit haec Theophanis. *Valentinianus Augustus Gratianum filium suum Augustum appellavit communicatorem imperii pariter & consulem ante pronunciatum.* (id contigit demum anno 367) Leges quibus subscribitur *Ipsis A. A. Coss.* cum Theophane quidem conciliari possent, sed alii Valentem non Gratianum faciunt collegam Valentiniani. Ita scribit Goarus.

l. 3. C. Theod. de offic. rector. provinc.
l. 2. . . . de militari veste.
l. un. . . . de emendat. propinquor.
l. un. . . . de mancip. thermar. urb.
l. 14. & 17. . de operib. public.

Valentiniano & Valente Conss.

Ad hunc annum Gothofredus refert etiam *l. 2. C. Theod. de pact. & transact.* licet nulla consulum nomina sint adscripta.

Cassiodor. *Valentinianus & Valens.*
Chronic. Alex. Ὀυαλεντινιανοῦ καὶ Ὀυάλεντος.
Fast. Flor. min. Ὀυαλεντινιανὸς καὶ Ουάλης

A.U.C.	Chr.
1117	365

λης Αὔγουστος τὸ α'.

Fast. Flor. maj. Ουαλεντινιανοῦ καὶ Ουάλεντος τὸ β'.

Fast. Idat. & Prosper. chronic. *Valentiniano & Valente.*

Ad hunc etiam annum refero

l. 16. C. Theod. de erogat. militar. annon.
l. 7. . . . de metall. & metallar.
l. 2. . . . de fid. & jur. hast.
l. 6. . . . de annon. civic.
l. 5. C. de erogat. militar. annon.

Sunt enim datae ad Probum P. P. (Illyrici, l. un. Cod. Theod. ne damn. provinc. inflig. l. 2. C. ne rustican. ad ull. obseq.) cujus praefectura in hunc annum incidit, secundum l. 9. Cod. Theod. de cohortal. princip. &c. l. 28. Cod. Theod. de curs. publ. l. 5. Cod. Theod. de iis q. administr. l. 1. 2. C. Theod. si vag. petat. manc. l. 1. Cod. Theod. de his q. c. dispens. l. 3. Cod. Theod. de aur. coronar. l. 2. C. de defensorib. civit. l. 1. C. de his q. ex publ. ration. Gothofredus & praefecturam Probi, & consequenter leges ei inscriptas ad ann. 368 refert, quem vide

Ammian. Marcellin. lib. XXVI. 10. *Consule Valentiniano primum cum fratre.*

ibid. lib. XXVI. *Principes (Valentinianus & Valens) sumserunt trabeas consulares.*

Socrates histor. IV. 3. Κατὰ τὴν πρώτην ὑπατείαν

A.U.C.	Chr.
1117	365

ὑπατείαν τῶν δύο βασιλέων, *duobus Augustis primum consulibus.* Antea etiam vidimus hanc phrasin usurpatam, *duobus Augustis consulibus.* vide annum 161.

Festus Rufus hunc annum quo Valentinianus orsus est imperium, post mortem Joviani, ita describit. *Ab Urbe condita in ortum perennitatis vestrae quo prosperius imperium Romanorum sortitus es, anni numerantur sic.*

Sub regibus	243
Sub consulibus	467
Sub Imperatoribus	407
	1117

Hinc videmus hunc annum recte statui esse 1117 ab urbe condita.

Idem alibi haec habet. *Consules fuerunt a Junio Bruto & Poplicola in Pansam & Hirtium per annos* CCCCLXVII. *Imperatores ab Octaviano Caesare Augusto usque in Jovianum per annos* CCCCVII. Orditur Augusti imperium a secundo ejus consulatu.

Post

A.U.C.	Chr.	
1118	366	Post consulatum

Valentiniani & Valentis AA.

l. 13. C. Theod. annon. & tribut.

Fl. *Gratianus*. *N. P.*
Fl. *Dagalaiphus*.

l. 6. Cod. Theod. ad SCt. Claudian.
l. 9. . . . . de veteranis.
l. 11. & 12. . de susceptor. praepos. &c.

l. 12. habet *Degalaiso* uti editum est in Gothofredo.

l. 2. C. de magistrat. municipalib.

Gratiano N. P. & Dagalaipho Conss.

l. 9. Cod. Theod. de divers. offic.

Digalaiso editum est hic in Codice Theodosiano Gothofredi : sed plures sunt in illa editione errores typographici, inter quos hoc referre malo.

l. 15. Cod. Theod. de annon. & tribut.
l. un. C. ubi de possess. agi oport.

Gratiano & Dagalaipho Conss.

l. 1. Cod. Theod. de postlimin.
l. 10. . . . . de poenis.

Gothofredus putabat mendum esse in subscriptis huic legi coss. & legit *post consulatum Gratiani & Dagalaiphi* : sed Pagius in Critica ad ann. 372. observat mendum esse in inscriptione, legenda *ad Viventium P. V.*

l. 14. Cod. Theod. de annon. & tribut.

Nomen

A.U.C.	Chr.
1118	366

Nomen Modesti Pr. P. inscriptum habet. Atqui Fl. Domitius Modestus Pr. V. Constantinopoli Imp. Juliano consul anno Dni 372. Comes orientis Imp. Constantio anno 360 (Ammian lib. 17.) successit Auxonio in praefectura praetoriana. Zosim. lib. 4. Hic autem decesserat anno Domini 371. Gratiano A. II. & Probo Coss. a. Dn. 371. Vel Modesti igitur vocabulum tollendum, aliudque substituendum vel siglae PF. P. mutandae sunt in PF. V. Modestus enim iste praefectus urbi iterum vocatur ab Idatio in fastis consulatu Valentin. NB. P. & Victoris, qui incidit in annum Domini 369. *Reines. epist.* 27. *ad Rupert.* Gothofredus in chronologia Cod. Theod. recenset quidem hanc legem inter leges anno 366 datas: sed addit eam referendam esse ad a. 371. quia Constantinopoli non potiebatur hoc anno Valens, sed Procopius: & quia Modestus P. P. orientis hoc tempore erat.

l. 2. C. Theod. de canon. frument. Urb. Rom.

l. 1. C. de canon. frument. Urb. Rom.

Inscriptio hujus legis mendosa est, *Impp. Valent. Valens & Gratianus Augusti.* Nam Gratianus hoc anno nondum erat Augustus. vid. ann. sequent.

l. 4. C. de agricol. & censit.

Gratiano A. & Dagalaipho Coss.

l. 19. C. de postlim. revers. &c.

Haec lex inscripta habet nomina *Impp. Gratiani Valentiniani & Theodosii Augg.* quum tamen Augusti hoc anno fuerint *Valentinianus & Valens.*

A.U.C.	Chr.	
1118	366	*Gratiano A. V. & Dagalaipho Conss.*

l. 8. C. Theod. de accuſat. & inſcript.

Gratiano Nob. Caeſ. & Gadalaiſo Conss.

l. 9. C. Theod. de accuſat. & inſcript.

Gratiano & Gadalaiſo Conss.

Reineſius epiſt. 27. ad Rupertum obſervat, male in inſcriptione hujus legis ſcribi *Valerianum* P. V. quum *Voluſianus* eſſe debeat. Gothofredus ſubſcriptionem ita edidit *Gratiano NB. P. & Dagaeleiſo conss.* & in notis ſcribit, alias Dagalaiſo.

Caſſiodor. *Gratianus & Dagalaiphus.*

Chronic. Alex. Γρατιανȣ͂ ἐπιφανεϛάτȣ καὶ Δαγαλαίφȣ.

Faſt. Flor. min. Γρατιανὸς ἐπιφανέϛατος καὶ Δαγαλάϊφος.

Faſt. Flor. maj. Γρατιανὸς καὶ Δαγαλαις.

Faſt. Idat. *Gratiano Nob. & Dalaiſo.*

Proſper. chronic. *Gratiano & Dagalaipho.*

Ammian. Marcellin. lib. 26. *Tranſlato in Gratianum & Dagalaiphum ampliſſimo magiſtratu.*

Idem lib. XXVII. 2. *Dagalaiphus a Pariſiis mittitur . . . accitoque ut cum Gratiano etiam tum privato ſuſciperet inſignia conſulatus.*

Meminit

A.U.C.	Chr.	
1118	366	Meminit Dagalaiphi etiam Zosimus. vide supra ad ann. 362. Socrates hist. IV. 5. Ὑπατείαν Γρατιανȣ͂ καὶ Δαγαλαίφȣ, *consulatum Gratiani & Dagalaiphi.* His consulibus Socrates scribit natum Valentinianum eodem nomine dictum, quo dicebatur pater. Valesius errare Socratem dicit, Valentis filium fuisse, non Valentiniani, asserens Valentinianum hoc anno natum, & confudisse censet illum Valentinianum nobilissimum qui consul fuit cum Victore, & Valentinianum juniorem qui post mortem patris sui Valentiniani senioris imperium tenuit cum Gratiano. Fatetur in fastis Idatianis a Sirmondo editis legi *Gratiano & Dagalaifo coss. His coss. natus est Valentianus junior, filius Augusti Valentiniani.* Verum se in vetustissimo codice manuscripto collegii Claromontani, ex quo Sirmondus olim hos fastos edidit, diserte scriptum invenisse dicit, *filius Augusti Valentis.* Et Pagius in Critica annal. Baron. ad h. a. se quoque ita in illo codice legisse scribit. In operibus Hilarii pag. 1361. est epistola, Valentis, Ursacii & aliorum ad Germinium in cujus fine legitur XV *Calendas Januarias, Gratiano nobilissimo P. & Dagalaifo conss.*

A.U.C.	Chr.	
1119	367	Poſt conſulatum Gratiani N. P. & Dagalaiphi.

l. 3. C. Theod. de ponderat. & aur. illat.

Poſt conſulatum Gratiani N. P. & Dagalaifi Conſſ.

l. 16. C. Theod. de annon. & tribut.

Poſt conſulatum Gratiani A. & Dagalaifi.

Fl. *Lupicinus.*
Fl. Valens *Jovinus.*

l. 7. C. Theod. de privileg. eor. q. in ſ. palat.
l. 9. 10. . . . de re militar.
l. 3. & 4. . . . de tironib.
l. un. . . . . de ingrat. liber.
l. 3. . . . . ad l. Cornel. de falſ.
l. 4. . . . . de advocat. fiſc.
l. 1. . . . . de equor. conlat.
l. 13. & 14. . . de ſuſceptorib. praepoſit. &c.
l. 1. . . . . ſi curial. relict. civit.
l. 4. & 5. . . . de praed. navicular.
l. 5. . . . . de cenſ. ſiv. adſcript.
l. 4. . . . . de ſuar. pecuar. &c.
l. 2. C. de bonis libertor.
l. un. C. de ingrat. liber.

Haec lex data legitur XII *kal. Sept.* & inſcriptionem

A.U.C.	Chr.
1119	367

scriptionem habet Valentiniani, Valentis & Gratiani Augg. sed mendosa est quia Gratianus demum IX kal. Sept. Augustus factus est.

l. 5. C. de susceptorib. praepos. & arcar.
l. 1. C. de praed. & omnib. reb. navicul.
l. 2. C. de mancip. & colon. patrimon.
In quibusdam codd. consules subscripti non sunt huic legi.

Lupicino & Jovino Conss.

l. 3. C. Theod. de indulgent. crimin.
l. 11. . . . de pœnis.
l. 11. . . . de jur. fisc.
l. 4. . . . de metall. & metallar.
l. 2. C. de metallar. & metall.

Lupicino & Joviano Conss.

Cassiodor. *Lupicinus & Jovinus.* Ita Fast. Idat. & Prosper. chronic.
Chronic. Alex. Λȣπικίνȣ καὶ Ἰοβιανȣ̃.
Fast. Flor. min. Λȣπίκιος καὶ Ἰȣιανός.
Fast. Flor. maj. Λȣπηκῖνος καὶ Ἰοβιανός.
Socrates hist. IV. 11. Λȣπικίνȣ καὶ Ἰοβιανȣ̃. Jovianum, non Jovinum, esse verum nomen, contendit Brissonius ad *L. Dominico de spectac. in C. Theod. p.* 54.
Consulatus hujus Jovini meminit Frodoardus l. 1. c. 6. histor. Remensis (vid. Vales. ad Amm. XXVIII. 4.)

Felix militiae sumsit devota Jovinus
Cingula, virtutum culmen provectus in altum

 Bisque

A.U.C.	Chr.
1119	367

Bisque datus meritis equitum peditumque magister
Extulit aeternum seclorum in secula nomen.

Libanius in orat. de vita sua testatur se Lupicino consuli facto panegyricum dixisse.

His coss. IX kal. Septembris Gratianus levatus est Augustus, atque ita tres fuerunt AAA testibus Idatio & Socrate. Hic dies ad illustrationem legum hoc anno datarum notari debet.

Reines. class. XX. inscript. XXXVII. pag. 906.

ΕΝ. ΕΙΡΗΝΗ. ΑΝΕΠΑΗ. ΒΕΝΕΝΑΤΟC.
ΘΕΟΦΙΛΑ. ΕΠΟΙΗCΑ. CΥΜΒΙΩ
BENENATO· TEOFILA· FECIT·
VXOR· EIVS·
LVPICINO· ET· IOVINO· COSS.

Ex inscriptionibus Gudianis ineditis.

* * *
VI. IDVS· MAIAS· LVPICINO· ET.
IOVINO· VV· CC· COSS·

Fleetwoodi sylloge pag. 501.

DEPOSITA· A. IIII· Θ. KALENDAS.
MARTIAS· POST· CONSVLATVM·
GRATIANI· ET· DAGALAIFI·

Ma-

A.U.C.	Chr.	
1119	367	Mabillon. ſupplem. rei diplom. pag. 15.

FLAVIIS· LVPICINO· ET· IOBI
NO· CONSS· VII· IDVS· IVNIAS.
DECESSET· DE· SECVLVM·
PVER· VICTORINVS· QVI·
BIXIT· ANNVS· XXXVII· M. X·
D· X· ET· CVM· VXSORE.
FECIT· ANVS· II· M· III.
D· P· V· IDVS· IVNIAS· VENE
MERENTI· IN· PACE·

Quis putaret (addit) *ſic tunc temporis ſcripſiſſe & locutos fuiſſe Romanos?*

l. 3. Cod. Theod. de indulgent. crimin. & adſcripta conſulum hujus anni nomina ita illuſtrat Petitus commentario in leges Atticas pag. 38. Titulus hujus Legis praefert nomen Gratiani, tanquam Auguſti, ſed falſo: nondum enim erat Auguſtus Gratianus, levatus enim eſt a patre Auguſtus nono kal. Septembr. his coſſ. Lupicino & Jovino, ut videre eſt apud Socratem & Idatium. Secundo quod datum dicitur hoc reſcriptum *Rom.* id eſt, *Romae*, verum non eſt: eſt quippe hoc reſcriptum Valentiniani, qui tunc temporis non erat *Romae*, ſed in Galliis: nam anno praecedenti, qui conſules habuit Gratianum NB. P. & Dagalaïphum, VIII. Id. Octobr. erat *Remis.*

A.U.C.	Chr.	
1119	367	vide legem XI. C. Theod. de poenis. *dat.* VIII. *Id. Octob.* Remis *Gratiano A. I. & Dagalaifo Coss.* item quintodecimo kalendas Decembreis leg. 8. Cod. Theod. de accuſationibus & inſcriptionibus, *ad Maximinum Correctorem Tuſciae dat.* XV. *kalend. Decemb.* Remis, *Acc. Florentiae, Gratiano Nob. Caeſ. & Dagaeleifo Conſs.* & ſeptimo earundem kalendarum leg. 9. Cod. Theod. eod. *ad Valerianum P. V. dat.* VII. *kal. Decemb.* Remis, *Gratiano NB. P. & Dagaëleïfo Conſſ.* At octavo Idus Decembreis *Veronae* ſtatuit ſubſcriptio legis 9. Cod. Theod. de Veteranis *ad Dagalaïfum magiſtrum militum dat.* VIII. *Id. Decemb.* Veronae, *Gratiano NB. P. & Dagalaipho Conſſ.* Sed *Veronae* ſcriptam eſſe mihi non poſſum perſuadere, nam toto eo tempore fuit in illo Lugdunenſis aut Belgicae Galliae tractu : quare reſcribendum puto *Viroduni.* Haec urbs diſtabat *Durocortoro Remorum* trigintanovem millibus paſſuum. Itinerarium Antonini :

ITER A DVROCORTORO DIVODVRVM VSQVE. M. P. LXII.

Sic

Baſiliam	M. P. X.
Axuenam	M. P. XII.
Virodunum	M. P. XVII.

Anno

A.U.C.	Chr.	
1119	367	Anno ſequenti, *Lupicino* atque *Jovino Coſſ.* quarto kalendas Februarias erat *Remis* leg. 9. Cod. Theod. de re militari, *ad Jovinum Magiſtrum Equitum, dat.* IV. *kalendas Feb. Remis*, *Lupicino & Jovino Conſſ.* Unde fit ut putem corrigendam eſſe ſubſcriptionem leg. 4. Cod. Theod. de metallis & metallariis, quae II. eſt Cod. eod. itemque leg. 13. Cod. Theod. de ſuſceptoribus, praepoſitis, & arcariis, quae eſt V. C. eod. utraque eſt ad *Germanianum Com. S. L. dat.* VI. *Id. Jan. Rom. Lupicino & Jovino Coſſ.* itaque ἀντὶ τοῦ *Romae* reſcribo *Remis*, quibus item in locis, ut jam vidimus, morabatur quarto kalendas Februarias hujus anni: ibidemque etiam fuit ſextodecimo kalendas Martias, leg. 10. Cod. Theod. de re militari, *ad Jovinum Magiſtrum Militum dat.* XVI. *kal. Mart.* Remis, *Lupicino & Jovino Conſſ.* Fuit quoque quarto kalendas Maji, leg. 3. Cod. Theod. de praediis naviculariorum, *ad Dracontium Vic. Afric. dat.* IV. *kal. Maji*, Remis, *Lupicino & Jovino Coſſ.* Non igitur *Romae* fuit *tertio nonas Maji* hujus anni: quare ἀντὶ τοῦ *Rom.* leg. illa 3. Cod. Theod. de indulgentiis criminum, reponendum eſt *Remis*: quibus in ſedibus tunc erat, ut & quarto decimo kalendas Junias, leg. 4. Cod. Theod. de

 advo-

A.U.C.	Chr.	
1119	367	advocato fiſci, *ad Rufinum P F. P. dat.* XIV. *kal. Jun. Remis, Lupicino & Jovino Coſſ.* Denique legem hanc tertiam Cod. Theod. de indulgentiis criminum, datam non credo *tertio nonas Maji:* nam quid fieri velint iis, quos ob reatum carcer includebat, cavent Imperatores *ob diem Paſchae*, nempe clauſtra illis diſſolvi. Atqui fruſtra id caverent, celebritas enim Paſchae jam erat peracta: erat quippe hic annus, qui conſules habuit Lupicinum atque Jovinum, Chriſti Dionyſianus tercenteſimus ſexageſimus ſeptimus, Cyclo Solis duodecimo, Lunae ſeptimo, litera Dominicali G. Terminus Paſchalis tertio kalendas Aprileis, feria ſexta: Paſcha celebratum eſt kalendis Aprilibus: nec eſt quod quisnam objiciat, iſta caveri ab Imperatore in ſequentem annum: nam & quotannis hac de re reſcribebant ad Praefectos atque Magiſtratus, ut jam ante diximus, & praeterea, quod caput eſt, habes reſcriptum anni ſequentis leg. 4. C. Theod. eod. *Impp. Valens, & Gratianus AAA. &c.* Reſcribendum itaque nullus dubito ad legem tertiam *dat.* III. *non. Mart. Remis, Lupicino & Jovino Coſſ.* Mirari autem ſatis non poſſum legem quartam lectam fuiſſe tantum octavo Idus Junias: atqui annus erat Chriſti Dionyſianus

A.U.C.	Chr.
1119	367

nyſianus tercenteſimus ſexageſimus octavus, Cyclo Solis tertiodecimo, Lunae octavo, litera Dominicali FE, Terminus Paſchalis quartodecimo kalendas Majas, feria ſexta, Paſcha duodecimo kalendas Majas, Valentiniano & Valente II. AA. Coſſ. Sed multo magis ſtupendum eſt, quod ſubſcribitur leg. 6. Cod. Theod. eod. XII. *kal. Aug. Rom. Syagr. & Euch. coſſ.* Annus hic erat Chriſti Dionyſianus trecenteſimus octageſimus primus, Cyclo Solis 26 Lunae ſecundo, litera Dominicali C. Terminus Paſchalis octavo kalendas Aprileis, feria quinta, Paſcha quinto kalendas eaſdem. Sequitur lex 7. Cod. Theod. eod. *dat.* XI. *kal. April. Med. Richomere & Clearcho coſſ.* Hi conſules fuerunt anno Chriſti Dionyſiano 304. Cyclo Solis primo, Lunae quinto, litera Dominicali G F. Terminus Paſchalis undecimo kalendas Aprileis, feria ſexta, Paſcha nono kalendas eaſdem. Scripta haec lex in ipſo Paſchali termino, hoc eſt, undecimo kalendas Aprileis die, ad Marcianum *Vicarium*, ut puto, Italiae, qui Mediolani quoque erat, ut & Imperator. Ultimum hujus argumenti Reſcriptum, quo judices vult Imperator, non expectato alio Reſcripto Principis, cum ſaepius Reſcripta haec, ut exemplis

A.U.C.	Chr.
1119	367

exemplis praecedentibus poteſt comprobari, tardius, adeoque poſt Paſchae celebritatem, deferrentur, exequi quod conſueverant Imperatores, habetur leg. 8. C. Theod. eod. *Impp. Gratianus, Valentinianus, &c.* Eadem haec lex habetur leg. 3. Cod. de epiſcopali audientia: ſed finis, ab his verbis, *His ergo tali ſub adſtrictione damnatis*, &c. petitur e leg. 6. C. Theod. de indulgentiis criminum: ſubſcriptio vero haec, *dat. kal. Maji, Arcadio A. & Bautone V. C. Conſſ.* emendanda eſt e Codice Theodoſiano, *dat. v. kal. Mart.* Annus erat Chriſti Dionyſianus tercenteſimus octogeſimus quintus, Cyclo Solis ſecundo, Lunae ſexto, litera Dominicali E. Terminus Paſchalis fuit quarto Idus Aprileis, feria quinta, Paſcha Idibus Aprilibus. Quinetiam moribus Romanis *abolitio publice fit ob diem inſignem*, leg. 8. D. ad SCtum Turpillianum. Quinetiam Honorius juſſit, ut ſingulis Dominicis diebus rei de carcere educerentur, quo poſſet victualis ſubſtantia illis miniſtrari, & ut ad balneum praedictis diebus ſub fida cuſtodia ducerentur. l. ult. C. Theod. de *Cuſtodia reorum.*

Poſt

A.U.C.	Chr.	
1120	368	Post consulatum Lupicini & Jovini.

l. 29. C. Theod. de curs. public.

Imp. Fl. *Valentinianus* Aug. II.
Imp. Fl. *Valens* Aug. II.

l. 30. C. Theod. de curs. public.
l. 4. . . . . de indulgent. crimin.
l. 19. . . . . quor. appell. n. recip.
l. 1. C. de offic. comit. rer. privat.
l. 3. C. de defensorib. civitat.
l. 6. C. de postuland.
l. 4. C. quor. appellat. non. recip.
l. 28. & 29. C. de decurionib.
l. 4. C. de fund. patrimonialib.

Valentiniano & Valente AA. II. Conss.

At in quibusdam codd. illud II. omittitur.

l. 5. C. Theod. de tironib.

Valentiniano & Valente AA. Conss.

Ita etiam inscribitur l. un. Cod. Theod. ne damn. provincial. inflig. quam huc refert Gothofredus aut ad a. 370.

Cassiodor. *Valentinianus II. & Valens II.*

Chronic. Alex. Ουαλεντινιανȣ̃ Αυγȣ́ςȣ τὸ β' καὶ Ουάλεντος Αυγȣ́ςȣ τὸ δεύτερον.

Fast.

A.U.C.	Chr.	
1120	368	Fast. Flor. min. Οὐαλεντινιανὸς καὶ Οὐάλης Αὔγουστος τὸ β'.

Fast. Idat. Prosper. chronic. & Paschal. latercul. *Valentiniano II. & Valente II.*

Fabrett. inscript. pag. 584.

DIE· III. NON· OC· VALENTINIANO·
II· ET· VA. . . . . .

Meminit horum consulum Theodosius junior, l. 9. C. Theod. de indulgent. debitor. *Per omnes provincias Orientis ex indictione undecima Valentiaca in quintam usque nuper transactam indictionem, annorum scilicet quadraginta, id est, ex consulatu Divorum Valentiniani & Valentis iterum Augustorum usque ad consulatum invictissimi Honorii patrui mei septies & meum iterum.*

Boissard. antiqq. Roman. part. III. pag. 114.

DOMINI· NOSTRI· IMPERATORES· CAE
(SARES.
FL· VALENTINIANVS. PIVS· FELIX. MAX.
VICTOR· AC· TRIVMF· SEMPER· AVG.
PONTIF· MAXIMVS· GERMANIC· MAX.
ALAMANN· MAX· FRAN. MAX· GOTH.
MAX· TRIB· POT. VII· IMP· VI· COS. II.
PPP.

ET

A.U.C.	Chr.	
1120	368	ET FL. VALENS. PIVS. FELIX. MAX. VICTOR AC. TRIVMF. SEMPER. AVG. PONTIF. MAX. GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. COS. II. P. P. P.

A.U.C.	Chr.	
1121	369	*Valentinianus N. P.* *Victor.*

Ετη απο Αλεξανδρου	Ετη απο Αυγουστου	Επακται ητοι εμβολιμοι	Τετραετηριδες
χοζ	τπγ	ϟδ	β
χοη	τπδ	ϟδ	γ
χοθ	τπε	ϟε	δ
χπ	τπϛ	ϟε	α
χπα	τπζ	ϟε	β
χπβ	τπη	ϟε	γ
χπγ	τπθ	ϟϛ	δ
χπδ	τϟ	ϟϛ	α
χπε	τϟα	ϟϛ	β
χπϛ	τϟβ	ϟϛ	γ
χπζ	τϟγ	ϟζ	δ
χπη	τϟδ	ϟζ	α
χπθ	τϟε	ϟζ	β
χϟ	τϟϛ	ϟζ	γ
χϟα	τϟζ	ϟη	δ
χϟβ	τϟη	ϟη	α
χϟγ	τϟθ	ϟη	β
χϟδ	υ	ϟη	γ
χϟε	υα	ϟθ	δ

VARIANS SCRIPTURA

QUA

Codex Mediceus & Savilianus a Dodwello editus inter ſe diſcrepant.

Pag. 758. verſu 3. Mediceus Καμερῖνος. Dodwellus edidit Καρμερῖνος
vſ. 4. Ἀντώνιος β. Dodw. Ἀντώνιος δεύτερος
5. Ἀντώνιος γ. Dodw. Ἀντώνιος τρῖτος
19. Κόμοδος. Dodw. Κώμωδος
20. Σευέρος. Dodw. Σευῆρος
Pag. 760. vſ. 4. Τέρτυλλος. Dodw. Τέρτιλλος
6. Οὐάῤῥος. Dodw. Οἄρνος
12. Πουλλίων. Dodw. Πολλίων
15. Ἀπολινάριος. Dodw. Ἀπολλινάριος
18. Ὄρφητος. Dodw. Ὄρφιτος
Pag. 762. vſ. 5. Κόμοδος καὶ κυίντολλος. Dodw. Κώμωδος καὶ Κυίντολος

& ſic Κόμοδος eſt in codice Mediceo ubique, niſi quod verſu 11. Κόμμοδος geminato μ ſcribatur.

9. Βύῤῥος. Dodw. Βοῦῤῥος
18. Σεπτιμιανός. Dodw. Σεπτιμανὸς
Pag. 764. vſ. 5. Τέρτυλλος. Dodw. Τέρτιλλος
7. Πατέρνος. Dodw. Λατέρνος
9. Φρόντων. Dodw. Φροήτων
13. Γέται καὶ Βέρος. Dodw. Γέτας καὶ Βῆρος
14. Κίλων. Dodw. Κύλων

15. Γε-

15. Γέτας. Dodw. τέγας
Pag. 766. vs. 3. Βάσσος. Dodw. Βάσος
10. Οκλατῖνος. Dodw. Οκλατιανὸς
12. Βαλέριος. Dodw. Βαλλέριος
18. Μαρκελλῖνος. Dodw. Μαρκελῖνος
Pag. 768. vs. 5. Πομπηιαν. Dodw. Πομπηϊανὸς
16. Αῤῥιανός. Dodw. Ἀριανὸς
Pag. 770. vs. 2. Αιμηλιανός. Dodw. Ἀιμιλιανὸς
4. Ἀιμηλιανός. Dodw. Ἀιμιλιανὸς
8. καὶ Βυλυσιανός. Dodw. καὶ Βολυσιανὸς
11. Βαλεριανός. Dodw. Βαλλεριανὸς
13. Βαλεριανός. Dodw. Βαλλεριανὸς
ib. Γαλληνιός. Dodw. Γαληϊνὸς
15. Ἀιμηλιανός. Dodw. Ἀιμιλιανὸς
17. Βυλυσιανός. Dodw. Βολυσιανὸς
Pag. 772. vs. 3. Βαλεριανός. Dodw. Βαλλεριανὸς
13. Μαρκελλῖνος. Dodw. Μαρκελῖνος
14. Ἀιμηλιανός. Dodw. Ἀιμιλιανὸς
16. Λύππος. Dodw. Λύπος
Pag. 774. vs. 8. Μαξιμιανός. Dodw. Μαξιμῖνος
ib. Ιανυάριος. Dodw. Ιαννυάριος
10. Διοκλιτιανός. Dodw. Διοκλητιανὸς
ib. Μαξιμιανός. Dodw. Μαξιμῖνος
ib. Σεβ. Dodw. Σέβαςος
12. Ἀσκλιπιοδότος. Dodw. Ἀσκληπιοδότος
13. Διοκλιτιανός. Dodw. Διοκλητιανὸς
15. Ἀνυλῖνος. Dodw. Ἀνυλλῖνος
16. Διοκλιτιανός. Dodw. Διοκλητιανὸς
ib. τὸ β. Dodw. τὸ η
17. καὶ Μαξιμιανός. Dodw. καὶ Μαξιμῖνος
Pag. 776. vs. 4. Κωνςάντιος. Dodw. Κωνςαντῖνος
7. Κωνςάντιος. Dodw. Κωνςαντῖνος
8. Κωνςάντιος. Dodw. Κωνςαντῖνος
Pag. 778. vs. 8. Κωνςαντῖνος. Dodw. Κωνςάντιος

12. Ἰαννάριος. Dodw. Ἰαννουάριος
17. Δεμάτιος. Dodw. Δελμάτιος
Pag. 780. vſ. 19. τὸ β. Dodw. τὸ η
Pag. 782. vſ. 9. Φλορέντιος. Dodw. Φλωρέντιος.

FASTI

II.

FASTI LATINI

EX

manuſcripto codice Collegii

C. C. OXONIENSIS

Quibus initium dat annus a primo urbis ortu IↃCCIV.

FASTI
LATINI
OXONIENSES.

A.U.C.			
704	1. Lentulus	&	Marcellus.
705	2. Julius Caesar II.		Servilius.
706	3. Fuvius		Vaticanus.
707	4. JuliusCaesar III.		Lepidus.
708	5. JuliusCaesar IV.		Maximus.
709	1. Julius Caesar V.		Antonius.
710	2. Pansa		Hirtius.
711	3. Lepidus		Plancus.
712	4. Servilius		Antonius.
713	5. Domitius.		Asinius.
714	6. Censorinus		Calvisius.
715	7. Claudius		Norbanus.
716	8. Agrippa		Camnius.
717	9. Vellejus		Coccejus.
718	10. Pompejus		Cornificus.
719	11. Scribonius		Antonius.

A.U.C.			
720	12.	Caesar	Vulcatius.
721	13.	Domitius	Sosius.
722	14.	Caesar II.	Messala.
723	15.	Caesar III.	Crassus.
724	16.	Caesar IV.	Apulegius.
725	17.	Caesar V.	Agrippa II.
726	18.	Caesar VI.	Agrippa III.
727	19.	Caesar VII.	Statilius.
728	20.	Caesar VIII.	Silanus.
729	21.	Caesar IX.	Norbanus.
730	22.	Caesar X.	Piso.
731	23.	Marcellus	Aruntius.
732	24.	Lollius	Lepidus.
733	25.	Apulegius	Silius.
734	26.	Sentius	Lucretius.
735	27.	Lentulus	Lentulus.
736	28.	Furnius	Silanus.
737	29.	Domitius	Scipio.
738	30.	Drusus	Piso.

A.U.C.		
739	31. Lentulus	Craſſus.
740	32. Nero	Quintilius.
741	33. Meſſala	Sulpicius.
742	34. Paulus Fabius	Lelius.
743	35. Lullo Scionus	Africanus Fabius.
744	36. Druſus Nero	Quintius.
745	37. Aſinius	Marcus.
746	38. Nero	Piſo.
747	39. Lelius	Antiſtius.
748	40. Caeſar II.	Silla.
749	41. Calviſius	Paſſianus.
750	42. Lentulus	Meſſala.
751	43. Caeſar XII.	Plautus.
752	44. Coſſus	Piſo.
753	45. Auguſtus XIII.	Paulus.
754	46. Vinucius	Alferus.
755	47. Servilius	Lanna.
756	48. Lelius	Sentius.
757	49. Cinna	Valerius.

Lcpidus

A.U.C.		
758	50. Lepidus	Arruntius.
759	51. Cecilius	Linicius.
760	52. Furius	Nonius.
761	53. Sulpicius	Poppaeus.
762	54. Dolobella	Silanus.
763	55. Lepidus	Statilius.
764	56. Caesar	Fontejus.
765	57. Plancus	Silius.
766	1. Pompejus	Apulejus.
767	2. Drusus Caesar	Norbanus.
768	3. Sisenna	Scribonius
769	4. Poponius	Cecilius
770	5. Caesar	Germanicus Caesar,
771	6. Silanus	Norbanus.
772	7. Valerius	Aurelius.
773	8. Caesar	Drusus Caesar.
774	9. Harterius	Sulpicius.
775	10. Asinius	Antistius.

Cornelius

A.U.C.		
776	11. Cornelius	Visellius.
777	12. Asinius Costus	Cornelius.
778	13. Calvisius	Getulicus.
779	14. Piso	Crassus.
780	15. Silanus	Silius.
781	16. Rubellius	Fusius.
782	17. Vinicius	Cassius.
783	18. Caesar quinto consulatu.	
784	19. Vinicius	Longinus.
785	20. Sulpicius	Silla.
786	21. Priscus	Vitellius.
787	22. Gallus	Nonianus.
788	23. Gallienus	Plautianus.
789	1. Proculus	Nicrinus.
790	2. Julianus	Asprenas.
791	3. Puplicola	Nerva.
792	4. Gajus Caesar	Claudius.
793	5. Caesar	Julianus.

A.U.C.		
794	1. Caesar II.	Sentius.
795	2. Sentius	Venuſtus.
796	3. Tibius	Gallius.
797	4. Criſpinus	Taurus.
798	5. Vinicius	Cornelius.
799	6. Aſiaticus	Cornelius.
800	7. Tibius II.	Vitellius.
801	8. Vitellius	Puplicola
802	9. Veranus	Gallus.
803	10. Vecus	Nervilianus.
804	11. Claudius	Orfitus.
805	12. Silvanus	Silvius
806	13. Tibius III.	Antonius.
807	14. Silanus	Otho.
808	1. Silanus	Antonius.
809	2. Marcellinus	Aviola.
810	3. Nero	Vetus.

Nero II.

A.U.C.		
811	4. Nero II.	Piſo.
812	5. Nero III.	Meſſala.
813	6. Nero IV.	Cornelius.
814	7. Pius	Turpilianus.
815	8. Macrinus	Gallus.
816	9. Craſſus	Baſſus.
817	10. Silanus	Paulinus.
818	11. Cenſinus	Apulegius.
819	12. Capito	Rufus.
820	13. Italicus	Turpilianus.
821	14. Silvanus	Otho.
822	1. Veſpaſianus	Titus.
823	2. Veſpaſianus	Titus.
824	1. Veſpaſianus	Nerva.
825	2. Veſpaſianus	Titus.
826	3. Veſpaſianus	Titus.
827	4. Veſpaſianus	Titus.

Veſpaſianus

A.U.C.		
828	5. Vespasianus	Titus.
829	6. Commodus	Rufus.
830	7. Vespasianus	Titus.
831	8. Vespasianus	Titus.
832	9. Silvanus	Verus.
833	10. Domitianus	Messalinus.
834	1. Domitianus	Rufus.
835	2. Domitianus	Sabinus.
836	1. Domitianus	Rufus.
837	2. Domitianus	Dolabella.
838	3. Domitianus	Rufus.
839	4. Flavius	Trajanus.
840	5. Domitianus	Nerva.
841	6. Trajanus	Gabrio
842	7. Domitian. VIII.	Sabinus.
843	8. Silvanus	Priscus.
844	9. Asprenas	Clemens.

Dom

A.U.C.		
845	10. Dom. IX.	Clemens.
846	11. Nerva II.	Ruphus.
847	12. Flavius	Vetus.
848	13. Sabinus	Antonius.
849	14. Nerva	Trajanus.
850	15. Senecio	Palma.
851	16. Trajanus	Fronto.
852	1. Trajanus	Orfitus.
853	2. Senecio II.	Sura.
854	1. Trajanus	Maximus.
855	2. Senecio III.	Sura II.
856	3. Urbanus	Marcellus.
857	4. Candidus	Quadratus.
858	5. Commodus	Cerealis.
859	6. Senecio IV.	Sura III.
860	7. Gallus.	Bradua.
861	8. Africanus.	Criſpinus.

A.U.C.		
862	9. Criſpinus II.	Solenus.
863	10. Piſo	Ruſticus.
864	11. Trajanus VII.	Africanus.
865	12. Celſus	Criſpinus.
866	13. Aſta	Piſo.
867	14. Meſſala	Pedon.
868	15. Aemilius	Vetus.
869	16. Niger	Ap̄nianus.
870	17. Clarus	Alexander.
871	18. Adrianus	Salinator.
872	19. Adrianus	Ruſticus.
873	1. Servilius	Fulvius.
874	2. Verus	Auger.
875	3. Aviola	Panſa.
876	4. Paternus	Torquatus.
877	5. Gabrio	Ap̄nianus.
878	6. Aſiaticus	Quintus.
879	7. Serus	Ambiguus.

Gallican

A.U.C.		
880	8. Gallicanus	Titianus.
881	9. Torquatus	Libo.
882	10. Celſus	Marcellinus.
883	11. Pontianus	Rufus.
884	12. Augurinus	Sergianus.
885	13. Tiberius	Silanus.
886	14. Sergius II.	Verus.
887	15. Pompejanus	Atilianus.
888	16. Pompejanus II.	Commodus.
889	17. Lelius	Albinus.
890	18. Camerinus	Niger.
891	19. Antoninus	Preſens.
892	20. Antoninus II.	Preſens II.
893	21. Silvanus	Severus.
894	22. Ruphinus	Torquatus.
895	1. Torquatus II.	Herodes.
896	2. Aviola	Maximus.
897	3. Antonius	Aurelius.

A.U.C.		
898	4. Gratus	Seleucus.
899	5. Antonius IV.	Aurelius II.
900	6. Largus	Meſſalianus.
901	7. Torquatus III.	Julianus.
902	8. Orfiſtus	Priſcus.
903	9. Gabrio	Vetus.
904	10. Gordianus	Maximus.
905	11. Gabrio II.	Romulus.
906	12. Preſens.	Rufus.
907	13. Commodus	Lateranus.
908	14. Verus	Sabinus.
909	15. Silvanus	Augurinus.
910	16. Barbarus	Regulus.
911	17. Tertullus	Sacerdos.
912	18. Quintilius	Priſcus.
913	19. Verus II.	Bradua.
914	20. Antonius V.	Aurelius III.
915	21. Antonius VI.	Aurelius IV.
916	22. Antonius VII.	Aurelius V.

Antonius

A.U.C.		
917	23. Antonius VIII. Aurelius VI.	
918	1. Duo Augufti confules.	
919	2. Rufticus	Aquilinus.
920	3. Lelianus	Paftor.
921	4. Macrinus	Celfus.
922	5. Orphitus	Prudens.
923	6. Prudens II.	Pollio.
924	7. Verus III.	Quadratus.
925	8. Apronianus	Paulus.
926	9. Prifcus	Apollinaris.
927	10. Cethegus	Clarus.
928	11. Severus	Herenianus.
929	12. Orphitus	Maximus.
930	13. Severus II.	Pompejanus.
931	14. Gallus	Flaccus.
932	15. Pifo	Julianus.
933	16. Pollio	Aper.
934	17. Commodus	Quintilius.

A.U.C.		
935	18. Orphitus	Rufus.
936	19. Commodus II.	Verus.
937	1. Presens	Gordianus.
938	2. Commodus III.	Burrus.
939	3. Mamertinus	Rufus.
940	4. Commodus IV.	Victorinus.
941	5. Marullus	Helianus.
942	6. Maternus	Bradua.
943	7. Commodus V.	Gabrio.
944	8. Crispinus	Helianus.
945	9. Tuscianus	Silanus.
646	10. Silanus	Silanus.
947	11. Commodus	Septimianus.
948	12. Apronianus	Bradua.
949	13. Commod. VII.	Gavius.
950	14. Commod. VIII.	Pertinax.
951	1. Flaccus.	Clarus.

Severus

A.U.C.		
952	1. Severus	Albinus.
953	2. Tertullus	Clemens.
954	3. Dexter	Priſcus.
955	4. Lateranus	Rufinus.
956	5. Saturninus	Gallus.
957	6. Anulinus	Fronto.
958	7. Severinus	Victorinus.
959	8. Fabianus	Mutianus.
960	9. Severus III.	Antonius
961	10. Geta	Plautianus.
962	11. Chilo	Libo.
963	12. Antonius II.	Geta II.
964	13. Albinus	Helianus.
965	14. Aper	Maximus.
966	15. Antonius III.	Geta III.
967	16. Pompejanus	Avitus.
968	17. Fauſtinus	Rufus.
969	18. Gentianus	Baſſus.

A.U.C.		
970	1. Aſper	Aſper.
971	2. Antonius	Balbinus.
972	3. Meſſala	Sabinus.
973	4. Letus	Cerealis.
974	5. Sabinus II.	Venuſtus.
975	6. Praeſens	Extricatus.
976	7. Antoninus.	
977	8. Adventus.	
978	1. Antonius	Sacerdos.
979	1. Antonius	Comazon.
980	2. Gratus	Seleucus.
981	3. Alexander	Auguſtus.
982	4. Maximus	Helianus.
983	1. Julianus	Criſpinus.
984	2. Fuſcus	Dexter.

Alexander

A.U.C.		
985	3. Alexander	Marcellus.
986	4. Anianus	Maximus.
987	5. Albinus	Maximus.
988	6. Modeſtus	Probus.
989	7. Alexander	Dio.
990	8. Gratus	Seleucus.
991	9. Pompejanus	Felicianus.
992	10. Lupus	Maximus.
993	11. Maximus	Paternus
994	12. Maximus	Urbanus.
995	13. Severus	Quinctianus.
996	1. Maximus	Affricanus.
997	2. Perpetuus	Cornelius.
998	3. Pius. v. v. e conſ.	
999	4. Proculus.	
1000	1. Gordianus	Aviola.
1001	2. Sabianus	Venuſtus.

A.U.C.		
1002	3. Gordianus	Pompejanus.
1003	4. Atticus	Praetextatus.
1004	5. Arrianus	Pappus.
1005	6. Peregrinus	..milianus.
1006	1. Philippus	Titianus.
1007	2. Praeſens	Albinus.
1008	3. Philippus	Philippus junior.
1009	4. Philippus	Philippus.
1010	5. Emilianus	Aquilinus.
1011	6. Decius	Gratus.
1012	7. Decius	Ruſticus.
1013	1. Gallus	Voluſianus.
1014	2. Affricanus	Decius.
1015	3. Maximus	Decius.
1016	1. Voluſianus	Maximus.
1017	2. Valerianus	Gallienus.

A.U.C.		
1018	1. Valerianus	Gallienus.
1019	2. Maximus	Gabrio.
1020	3. Valerianus	Gallienus.
1021	4. Fuſcus	Baſſus.
1022	5. Aemilianus	Baſſus.
1023	6. Secularis	Donatus.
1024	7. Gallienus	Gentianus.
1025	8. Gallienus	Victorinus.
1026	9. Albinus	Maximus.
1027	10. Gallienus	Saturninus.
1028	11. Galerius	Lucillus.
1029	12. Gallienus	Sabinillus.
1030	13. Paternus	Archeſilaus.
1031	14. Paternus.	Marinus.
1032	15. Gladius	Paternus.
1033	1. Antiochenus	Orſitus.
1034	2. Valerianus.	Baſſus.

A.U.C.		
1035	1. Quietus	. . oldumianus.
1036	2. Tacitus	Placidianus.
1037	3. Aurelianus	Capitolinus.
1038	4. Aurelianus	Marcellus.
1039	5. Probus	Paulinus.
1040	6. Probus	Paternus.
1041	1. Probus	Paternus.
1042	2. Meſſala	Gratus.
1043	3. Probus	Tiberianus.
1044	4. Probus	Victorinus.
1045	5. Carus	Carinus.
1046	6. Carus	Numerianus.
1047	7. Dioclitianus	Ariſtobolus.
1048	1. Maximus	Aquilinus.
1049	2. Diocletianus	Maximianus.

A.U.C.		
1050	1. Maximianus	Januarius.
1051	2. Baſſus	Quintianus.
1052	3. Dioclitianus	Maximianus.
1053	4. Tiberianus	Lio.
1054	5. Anniballianus	Aſclepiodatus.
1055	6. Dioclitianus	Maximianus.
1056	7. Conſtantius	Maximus.
1057	8. Tuſcus	Anulinus.
1058	9. Dioclitianus	Conſtantius.
1059	10. Fauſtus	Gallus.
1060	11. Dioclitianus	Maximianus.
1061	12. Conſtantius	Maximus.
1062	13. Titianus	Nepotianus.
1063	14. Conſtantius	Maximus.
1064	15. Dioclitianus	Maximianus.
1065	16. Dioclitianus	Maximianus.
1066	17. Conſtantius	Maximus.
1067	18. Conſtantius	Maximus.
1068	19. Dioclitianus	Conſtantius.

Dioclinianus

A.U.C.		
1069	20. Dioclitianus	Maximus.
1070	1. Maximinus	Severus.
1071	1. Dioclitianus	Maximius.
1072	2. Dioclitianus	Maximius.
1073	3. Maximus	Licinius.
1074	4. Conſtantius	Licinius.
1075	5. Conſtantius	Licinius.
1076	6. Voluſianus	Annianus.
1077	7. Conſtantius	Licinius.
1078	8. Sabinus	Rufinus.
1079	9. Gallicanus	Baſſus.
1080	10. Licinius	Criſpus.
1081	11. Conſtantius	Licinius.
1082	12. Conſtantinus	Conſtantius.
1083	13. Criſpus	Conſtantius.
1084	14. Probinus	Julianus.
1085	15. Severus	Rufinus.

A.U.C.		
1086	16. Crispus	Constantius.
1087	17. Paulinus	Julianus.
1088	18. Constantinus	Constantius.
1089	19. Constantius	Maximus.
1090	20. Januarius	Justus.
1091	21. Constantinus.	Constantius.
1092	22. Constantius	Simachus.
1093	23. Bassus	Ablabius.
1094	24. Bacatianus	Hilarianus.
1095	25. Palmatius	Xenophilus.
1096	26. Optatus	Paulinus.
1097	27. Constantius	Albinus.
1098	28. Nepotianus	Secundus.
1099	29. Felicianus	Titianus.
1100	30. Ursus	Polemius.
1101	31. Constantius	Constans.
1102	1. Acindinus	Proculus
1103	2. Marcellinus	Probinus.

Constantius

A.U.C.		
1104	3. Conſtantius	Conſtans.
1105	4. Placidus	Romulus.
1106	5. Leontius	Saluſtius.
1107	6. Conſtantius	Conſtans.
1108	7. Amantius	Albinus
1109	8. Amantii &	Abini p̄c.
1110	9. Ruphinus	Euſebius
1111	10. Philippus	Gallia
1112	11. Mimemus	Catulinus.
1113	12. Sergius	Nigridianus.
1114	13. Sergii &	Nigridiani poſtconſ.
1115	14. Conſtanſtius.	Conſtans.
1116	15. Conſtantius	Conſtans.
1117	16. Conſtantius	Conſtans.
1118	17. Arbritrio	Lollianus.
1119	18. Conſtantius	Julianus.
1120	19. Conſtantius	Julianus.
1121	20. Titianus	Cerealis.
1122	21. Euſebius	Hipacius.

A.U.C.		
1123	22. Conſtantius.	
1124	23. Julianus III.	
1125	24. Taurus	Pater Scſ.
1126	25. Florentius.	
1127	26. Mamertinus.	
1128	27. Nevica	Conſtantius
1129	1. Julianus.	
1130	2. Saluſtius.	
1131	3. Julianus.	
1132	1. Jovianus	Varonianus.
1133	1. Valentinianus	Valens.
1134	2. Gratianus	Gadalaitus.
1135	3. Lubicinus	Jovinus.
1136	4. Valentinianus	Valens.
1137	5. Valentinianus	Victor.
1138	6. Valentinianus	Valens.
1139	7. Gratianus	Probus.

A.U.C.		
1140	8. Modeſtus	Orintheus.
1141	9. Valentinianus	Valens.
1142	10. Gratianus	Equitius.
1143	11. Proconſulatus Gratiani & Equitii.	
1144	1. Valens	Valentinianus.
1145	2. Gratianus	Merobaudus.
1146	3. Valens.	
1147	4. Valentinianus.	
1148	1. Auſonius	Elibrius.
1149	2. Gratianus	Theodoſius.
1150	3. Siagrius	Eucherius.
1151	4. Antonius	Siagrius.
1152	5. Berobaudus	Saturninus
1153	6. Ricomer	Alearchus.
1154	1. Archadius	Bauto.
1155	2. Honorius	Euodius.

Valentinianus

A.U.C.		
1156	3. Valentinianus	Eutropius.
1157	4. Theodosius	Cynegius.
1158	5. Limasius	Promotus.
1159	6. Valentinianus	Leothorius.
1160	7. Titianus	Symmachus.
1161	8. Archadius	Rusius.
1162	9. Theodosius	Labuntius.
1163	10. Archadius	Honorius.
1164	11. Olibri9tur clarissim. consul.	
1165	12. Probrius v. c. c.	
1166	1. Archadius	Honorius.
1167	2. Caesarius	Atticus.
1168	3. Honorius	Euticianus.
1169	4. Manlius	Theodorus.
1170	5. Stilico	Aurelianus.
1171	6. Vincentius	Fravitus.
1172	7. Archadius	Honorius.
1173	8. Theodosius	Humoridus.

A.U.C.		
1174	9. Honorius	Ariſtenetus.
1175	10. Stillicon	Antemius.
1176	11. Archadius	Probus.
1177	12. Honorius	Theodoſius.
1178	13. Baſſus v. v. c.	
1179	14. Philippus v. v. c.	
1180	1. Honorius	Theodoſius.
1181	2. Varan	Tertullus.
1182	3. Theodoſius quarto Concul.	
1183	4. Honorius	Theodoſius.
1184	5. Lucianus v. v. c.	
1185	6. Conſtantius	Conſtans.
1186	7. Honorius	Theodoſius.
1187	8. Theodoſius	Pallidius.
1188	9. Honorius	Conſtantius.
1189	10. Honorius	Theodoſius.
1190	11. Donaxius	Plinta.
1191	12. Theodoſius	Conſtantius.

Agricola

A.U.C.		
1192	11. Agricola	Eustachius.
1193	14. Honórius	Theodosius.
1194	15. Marinianus	Asclepiodatus.
1195	1. Castinus	Victor.
1196	2. Theodosius	Valentinianus.
1197	3. Theodosius	Valentinus.
1198	4. Hierius	Ardabures.
1199	5. Felix	Maurus.
1200	6. Florentius	Dionysius.
1201	7. Theodosius	Valentinus.
1202	8. Bassus	Antiochus.
1203	9. Aethius	Valerius.
1204	10. Theodosius	Maximus.
1205	11. Aspar	Ariobindus.
1206	12. Theodosius	Valentinus.
1207	13. Isidorus	Senator.
1208	14. Aethius	Sigisvuldus.
1209	15. Theodosius	Faustus.

A.U.C.		
1210	16. Theodoſius	Feſtus.
1211	17. Valentinianus	Anatholius.
1212	18. Cyrus vir . c.	c.
1213	19. Dioſcorus	Eudoxius.
1214	20. Maximus	Paternus.
1215	21. Theodoſius	Albinus.
1216	22. Valentinus	Sonius.
1217	23. Aethius	Simmachus.
1218	24. Alibius	Ardabures.
1219	25. Poſtumianus	Zeno.
1220	26. Aſturius	Protegenes.
1221	26. Valentinianus	Abienus.
1222	1. Martianus	Adelphius.
1223	2. Herculanus	Aſporatius.
1224	3. Opilio	Vincomalus.
1225	4. Aothius	Studius.
1226	5. Valentinus	Antemius.
1227	6. Varan	Johannes.

Conſtan-

A.U.C.		
1228	7. Conſtantinus	Rufus.
1229	1. Leo Auguſtus	Majorianus.
1230	2. Ricimer	Patricius.
1231	3. Magnus	Apollonius.
1232	4. Severinus	Dagalaiphus.
1233	5. Leo Severus	Auguſtus.
1234	6. Baſilius	Vivianus.
1235	7. Ruſticus	Olibrius.
1236	8. Arminericus	Baſiliſeus.
1237	9. Leo. III. v. c. c.	
1238	10. Ruſeus	Johannes.
1239	11. Antemius Aug.[9]	11. c. v.
1240	12. Martianus	Zeno.
1241	13. Severus	Lordanes.
1242	14. Leo Aug.	Probianus.
1243	15. Feſtus	Martianus.
1244	16. Leo Aug. v. c. c. v. c.	
1245	17. Leo junior Auguſtus Cſul.	

A.U.C.	
1246	1. Proconſulat. Leonis Aug. jun.
1247	2. Baſiliſcus Ormatus.
1248	3. Proconſulatus Baſiliſci & Arm.
1249	4. Ellus. v. c. conſul.
1250	5. Zeno Aug. 2° conſul.
1251	6. Baſilius junior. v. c. c.
1252	7. Placidus. v. c. c.
1253	8. Severinus. v. c. c.
1254	9. Fauſtus. v. c. c.
1255	10. Theodoricus Venantius.
1256	11. Simmachus. v. c. c.
1257	12. Decius Longinus.
1258	13. Boëtius. v. c. c.
1259	14. Dinamius Liſidius.
1260	15. Probinus Euſebius.
1261	16. Fauſtus junior conſul.
1262	17. Olibrius junior v. c. c.

Anaſtatius

A.U.C.		
1263	1. Anaſtatius Aug.	Rufus.
1264	2. Albinus v. c. c.	
1265	3. Aſterius	Praeſidius.
1266	4. Victor v. c. c.	
1267	5. Paulus v. c. c.	
1268	6. Anaſtatius Aug. 11° Conſul.	
1269	7. Paulinus	..ohannes.
1270	8. Johannes. v. c. c.	
1271	9. Patricius	Hipatius.
1272	10. Anienus	Pompejus.
1273	11. Anienus junior	..robus.
1274	12. Cetheus. v. c. c.	
1275	13. Theodorus	Sabinianus.
1276	14. Meſſala	..riobinna.
1277	15. Anaſtatius Aug.	Venantius.
1278	16. Venantius jun.	Celer.
1279	17. Importunus v. c. c.	
1280	18. Boëtius. v. c. c.	
1281	19. Felix	.ecundinus.

A.U.C.		
1282	20. Paulus	Muſcianus.
1283	21. Probus	Clementius.
1284	22. Senator	Symmachus Papa.
1285	23. Caſſiodorus. v. c. c.	
1286	24. Florentius	. nthemius.
1287	25. Petrus v. c. c.	
1288	26. Eutharicus	Cillia.
1289	27. Anaſtatius Aug. v. c. c.	
1290	1. Ruſticus	Vitalis.
1291	2. Valerius	. uſtinianus.
1292	3. Symmachus	Boetius.
1293	4. Maximus. v. c. c.	
1294	5. Opilio	Juſtinus Aug.
1295	6. Probus	. iloxenus.
1296	7. Olibrius v. c. c.	
1297	8. Maburtius.	
1298	1. Juſtinianus Aug. 11. c.	

Decius

A.U.C.	
1299	2. Decius.
1300	3. Lampadus Oreſtes.
1301	4. Proconſulat. Lampadii & Oreſtis.
1302	5. Proconſulat. Lampadii & Oreſtis.

FINIS

Faſtorum Oxonienſium.

* *

Numeros annorum urbis conditae, ſingulis conſulum paribus adſcriptos, & in initio recte conſtitutos, paulatim ita cernimus aberrare, ut annus ultimis conſulibus adſcriptus a vero diſcrepet plurium annorum diſcrimine. Veriſſime ſcripſit Dionyſius Halicarnaſſenſis Antiquitatum Romanarum lib. VII. Ὀλίγοις μὲν οὖν ἔτεσι διαμαρτεῖν τῶν χρόνων δοίη τις ἂν ἱστορικοῖς ἀνδράσιν ἀρχαίας καὶ πολυετεῖς συντατλομένοις πραγματείας· γενεαῖς δὲ δυσὶν ἢ τρισὶν ὅλαις ἀποπλανηθῆναι τῆς ἀληθείας οὐκ ἂν ἐπιτρέψειεν. *Ferri poteſt, ſi hiſtorici, illi praeſertim qui res vetuſtas & multorum annorum ſpatio circumſcriptas tradunt, paucis annis fallantur; neutiquam vero ſi duabus aut tribus generationibus a vero aberrent.* Auctor horum faſtorum, licet ne unius quidem generationis intervallo a vero tempore aberraverit, mire tamen turbatum dedit ordinem conſulum, qui aliorum monumentorum ope emendari poteſt & debet. Quid agas? Non omnes ſunt Dionyſii qui animum ad ſcribendas hiſtorias faſtosve veteres appellunt. Quomodo hic error incrementa ceperit, quum primis duobus ſeculis vix unius anni diſcrimen intercedat inter annum urbis conditae adſcriptum & verum, unicuique integrum erit, conferendo hos faſtos cum illis fratris mei, animadvertere. Nobis ſufficit codicem manuſcriptum, licet foedis erroribus at facile corrigendis contaminatum, exprimere & ſequi.

HEN-

III.

HENRICI BRENCMANNI,

JCti & Academici Florentini,

EPISTOLA

DE

CONSULIBUS

quorum in Pandectis sit mentio.

VIRO CLARISSIMO

HADRIANO RELANDO

HENRICUS BRENCMANNUS

S.

Laudo pietatem tuam erga fratris manes, quod ſingularem ipſius eruditionem & induſtriam, cum egregia Juris civilis cognitione conjunctam, optimo conſilio ab oblivione hominum atque ſilentio vindicare in animum induxeris, probeque proſpexeris, ne idem tumulus qui corpus ejus contexit nomen etiam laudesque obrueret. Facis profecto ut tanto juſtius doleamus immaturum praeſtantiſſimi viri obitum, qui Jurisprudentiae noſtrae & communibus ſtudiis in florentiſſima aetate ſummaque omnium exſpectatione ereptus eſt. Sed eodem beneficio ſtudioſos Juris & Hiſtoriarum majorem in modum obſtringis, dum laudatiſſimus ille fratris tui labor ordinem & ſucceſſum Imperialium conſtitutionum omnemque ejus temporis rationem mirifice illuſtrat. Videlicet non ſatis habuiſti, eximio opere Geographiam illarum regionum patefacere, quarum tibi lingua & mores ritusque antiqui commiſſi ſunt, ni etiam Juris mediaeque Jurisprudentiae Chronologiam tua opera expoſitam atque extricatam videremus. Itaque duo haec praecipua

cipua omnis Historiae lumina hactenus vobis splendorem suum & ornatum debent. Quantum certe ad Juris scientiam conferat accurata temporum atque intervallorum distinctio cum alii doctissimi interpretes dudum scriptis egregiis prodiderunt, tum vero non ita pridem facundissima, ut solet, ac prorsus eleganti oratione indicavit Clarissimus in Academia Lugduno Batava antecessor, Antonius Schultingius, cum de Jurisprudentia historica sermonem publice haberet. Quantum quoque momenti apud me obtineat tractatio artis nostrae ad seriem temporis & ex ea profluentem Juris historiam accommodata, jam ante aliquot annos ostendit Alfenus meus; quo velut prologo testatum feci, propositum mihi esse capita Pandectarum & Codicis ex aetate auctorum uniuscujusque fragmenti aut constitutionis digerere, atque eo modo dilucidius planiusque ante oculos ponere, quem usum quamve utilitatem in ea explicandarum legum methodo delitescere observarint summi quique Juris interpretes. Quae cum ita sint, ultro, ut opinor, manifestum est, quantopere mihi curae cordique esse debeant ejusmodi labores chronologici. Quapropter etiam incredibiliter laetabar, cum nuper ex amicorum in Italia literis intelligerem, adornari Neapoli opus quoddam Critico-historicum ad illustrationem Codicis Justinianei, auctore Illustrissimo ac Reverendissimo apud Neapolitanos viro, eodemque non dignitate magis quam ingenio, doctrina, atque eruditione conspicuo. Hujus autem praeclarissimi operis, cui Alfenum meum nonnihil incitamenti addidisse iidem mihi blandientes affirmabant, jam specimen prodiit hoc titulo, *Inscriptiones & Subscriptiones Justinianei Codicis a typographorum incuriis vindicatae.* Quum igitur de hoc instituto fratrisque

tui

tui τȣ̃ μακαρίτȣ conatibus, qui non valde ab eo alieni videntur, ante aliquod tempus ſtudioſius una confabularemur, rogabas ut Faſtis hiſce Conſularibus ſubnecterem illos quoque Conſules, qui in Pandectis occurrunt. Fateor me quam aegerrime avelli à vaſtiſſima provincia quam ſuſcepi, cujuſque pro virili exſequendae cauſa in hanc inſulam ſeceſſi: veruntamen & amicitiae noſtrae neceſſitudo, & amor erga memoriam defuncti, & ipſius quoque rei cum meis lucubrationibus affinitas, denique ingens uſus fructuſque quem eximia id genus opera conſiliis meis quandoque foeneratura ſunt, ſi ſummus rerum Arbiter mihi vitam & vires largiatur, omnia illa fecere, ut libenter ad id, quod poſtulabas, me devincirem. Hoc vero cum jam aggredi pararem, percommode perque opportune in mentem venit, Antonium Auguſtinum, Archiepiſcopum Tarraconenſem, cultiſſimi ingenii ſummaeque elegantiae & accurationis virum, illud olim praeſtitiſſe in politiſſimo rariſſimoque opere *De nominibus propriis τȣ̃ Πανδέκτȣ Florentini.* Inde igitur deſcripſi caput, quod Conſulum in Pandectis nomina ex profeſſo complectitur, optimo ut cetera ordine ac praeclara diſtributione diſpoſita; quibus illius notas, quae huc faciunt, ſubjeci. Sed en ipſum, quo de loquor, Auguſtini indicem Conſularem.

DE NOMINIBVS REGVM ET CONSVLVM.
cap. 2. pag. 288.

CONSVLVM NOMINA. pag. 289.

„Conſulum quidam ante Caeſares fuerunt, quidam „ſub Caeſaribus: quidam incertum eſt an hoc „an illo tempore fuerint. Sunt etiam quos licet

 „ſciamus

„ sciamus sub Caesaribus fuisse, incerta sunt tem-
„ pora eorum Consulatus.
„ Sit igitur *prima classis* eorum Consulum, qui ante
„ Caesares fuerunt, & primi generis incertorum.

I. LVCIVS IVNIVS BRVTVS

„ Pompon. I. 2. 2. 8. *Isdem temporibus & tribunum*
„ *Celerum fuisse constat: &c. quo in numero fuit Ju-*
„ *nius Brutus, qui auctor fuit Regis eiciendi.*
„ Idem I. 2. 2. 13. *Cum Brutus, qui primus Romae*
„ *Consul fuit, vindicias secundum libertatem dixis-*
„ *set in persona Vindicis Vitelliorum servi, qui pro-*
„ *ditionis conjurationem indicio suo detexerat.*

2. M. TVLLIVS CICERO.

„ Papinia. 48. 4. 8. **Julia) mulier detexit, & Mar-*
„ *cum Tullium Consulem indicium ejus instruxit.*
„ De eodem Cicerone plura dicuntur alio cap., cum
„ de scriptoribus agitur. Adde Jurisconsultorum
„ Consulum nomina apud Pomponium. SEX.
„ AELIVS PAETVS CATVS, P. AELIVS PAETVS,
„ P. MVCIVS SCAEVVLA, MANIVS MANILIVS,
„ P. RVTILIVS RVFVS, Q. AELIVS PAETVS
„ TVBERO. Hi ante Caesares Consules fuerunt.

3. D. LIVIVS DRVSVS.
AEMILIVS LEPIDVS PORCINA.

„ Ulpian. I. 13. I. *Ex Quaestoribus quidam sole-*
„ *bant provincias sortiri ex senatusconsulto, quod fa-*
„ *ctum est Decimo Druso & Porcina Consulibus.*

4. CORNELIVS SVLLA.
LVCRETIVS TRIO.

Macer.

„ Macer. 48. 2. 12. *Ex ſententia Lentuli dicta Sulla „ & Trione Conſulibus.*
„ *Secundae claſſis* Conſules ſub Caeſaribus

I. A. VIBIVS C. F. C. N. HABITVS.
L. APRONIVS C. F. C. N.

„ Paul. 48. 18. 8. *Edictum Divi Auguſti, quod pro- „ poſuit Vivio Avito, & Lucio Aproniano conſu- „ libus.*

2. MANIVS AEMILIVS LEPIDVS.
T. STATILIVS TAVRVS.

„ Venule. Saturni. 29. 5. 13. *In cognitione &c. con- „ ſtitutum eſt ſenatuſconſulto Tauro & Lepido con- „ ſulibus.*

3. M. VALERIVS MESSALLA
M. AVRELIVS COTTA.

„ Ulpian. 1. 16. 4. *Dum modo ſciat ſenatum Cotta & „ Meſſala conſulibus cenſuiſſe.*
„ Macer 48. 2. 12. 3. *ex ſenatuſconſulto Cotta & „ Meſſala conſulibus.*

4. M. VINVCIVS QVARTINVS.

„ Pompon. 1. 2. 2. 25. *Huic ſucceſſit Gajus Caſſius „ Longinus.* Ibid. *Hic Conſul fuit cum Quartino „ temporibus Tiberii.*

5. VELLEIVS RVFVS.
OSTORIVS SCAPVLA.

„ Ulp. 38. 4. 1. *Senatuſconſulto quod factum eſt Clau- „ dianis temporibus Velleo Rufo & Oſterio Scapula „ conſulibus &c.*

6. L. ANNEVS SENECA.
TREBELLIVS MAXIMVS.

„Ulp. 36. 1. 1. *temporibus Neronis octavo calendas*
„*Septembres Anneo Seneca & Trebellio Maximo*
„*consulibus.*

7. M. IVNIVS SILANVS.
VELLEIVS TVTOR.

„Ulp. 16. 1. 2. *Quod Marcus Silanus & Velleus*
„*Tutor Consules verba fecerunt de obligationibus fe-*
„*minarum.*

8. RVBRIVS GALLVS.
CAELIVS HISPO.

„Ulp. 40. 5. 16. 5. *Subventum libertatibus est sena-*
„*tusconsulto, quod factum est temporibus Divi Tra-*
„*hiani, Rubrio Gallo & Caelio Hispone consulibus.*

9. DVCENIVS VERVS.

„Cels. 31. 29. *Pater meus referebat, cum esset in*
„*consilio Duceni Veri consulis, itum in sententiam*
„*suam, ut cum Otacilius Catulus &c.*

10. ACILIVS AVIOLA.
CORNELIVS PANSA.

„Ulp. 30. 41. *quia haec legari non posse senatus cen-*
„*suit Aviola & Pansa consulibus.*

11. ACILIVS GLABRIO.

„Macer 48. 2. 12. 1. *secundum epistolam Divi Ha-*
„*driani ad Glabrionem consulem scriptam.*

ANNIVS

12. ANNIVS VERVS.

„Venule. Saturni. 48. 8. 6. *ex ſenatuſconſulto quod*
„*Neratio Priſco, & Annio Vero conſulibus fa-*
„*ctum eſt.*

13. Q. IVLIVS BALBVS.
T. AVFIDIVS OENVS SEVERIANVS

„Ulp. 5. 3. 20. *Pridie idus Martias Quintus Julius*
„*Balbus & Publius Juventius Celſus, Titius Aufi-*
„*dius Oenus Severianus conſules verba fecerunt de*
„*his quae Imperator Caeſar Trajani Parthici filius,*
„*Divi Nervae nepos, Hadrianus &c.*

14. PVDENS.
POLLIO.

„Marcell. 28. 4. 3. *Sententia Imperatoris Antonini*
„*Auguſti, Pudente & Pollione conſulibus.*

15. PROCVLVS.
MVNATIVS.

„Ulp. 40. 12. 27. *Divi fratres Proculo & Munatio*
„*reſcripſerunt. Cum Romulus &c.*

16. TERTVLLVS.
CLEMENS.

„Ulp. 27. 9. 1. *Imperatoris Severi oratione prohibiti*
„*ſunt tutores &c. quae oratio in ſenatu recitata eſt*
„*Tertullo & Clemente conſulibus, idibus Juniis.*

17. L. SEPTIMIVS PLAVTIANVS.

„Ulp. 38. 17. 2. 22. *& invenimus ſcriptum ab Impe-*
„*ratore noſtro Antonino Auguſto & Divo patre ejus*

 Mam-

„*Mammiae Maximinae pridie idus Apriles, Plau-*
„*tiano iterum consuli.*

18. FVLVIVS AEMILIANVS.
NVMMIVS ALBINVS.

„Ulp. 24. 1. 32. *Imperator noster Antoninus Augu-*
„*stus ante excessum Divi Severi patris sui oratione*
„*in senatu habita auctor fuit senatui censendi Fulvio*
„*Aemiliano & Nummio Albino consulibus.*
„Jurisconsulti sub Caesaribus Consules fuerunt: AL-
„FENVS VARVS, ATEIVS CAPITO, C. CASSIVS
„LONGINVS, P. IVVENTIVS CELSVS, ET NE-
„RATIVS PRISCVS ex verbis Pomponi. 1. 2. 2.
„ & SALVIVS IVLIANVS, 40. 2. 5. De Neratio,
„Celso, & Proculo hic expressum est.
„*Tertia classis* incertorum sub Caesaribus

1. MODESTVS.

„Ulp. 11. 4. 1. 1. *cui etiam rei lex Favia prospex-*
„*erat, & senatusconsultum Modesto consule factum.*

2. AEMILIVS IVNCVS.
IVLIVS SEVERVS.

„Ulp. 40. 5. 28. 3. *factum est senatusconsultum Ae-*
„*milio Junio & Julio Severo consulibus in haec*
„*verba.*

3. TERTVLLVS.
MAXIMVS.

„Ulp. 48. 5. 29. 4. *quod significari videtur rescripto*
„*ad Tertyllum & Maximum consules.*

Notae

Notae Augustini.

„p. 289. v. 35. *L. Junius Brutus*) Conſul fuit cum
„L. Tarquinio Collatino, & eo abdicante cum
„P. Valerio Poblicola, anno urbis conditae
„CCXXXXIIII. ex faſtis Capitolinis.
„-- v. 43. *M. Tullius Cicero*) Conſul fuit cum C.
„Antonio M. F. anno urbis DCLXXXX. ex faſtis.
„p. 290. v. 2. *Sextus Aelius Paetus Catus*) Conſul
„fuit cum T. Quinctio T. F. Flaminino an. ur-
„bis DLV.
„-- v. 3. *P. Aelius Paetus*) Conſul fuit anno DLII.
„cum Cn. Cornelio L. F. Lentulo.
„-- ibid. *P. Mucius Scaevula*) cum L. Calpurnio
„Piſone Frugi conſul fuit, anno DCXX.
„-- *Manius Manilius*) an. DCIIII. qui fuit primus
„belli Punici tertii. Coſ. fuit cum L. Marcio
„C. F. Cenſorino.
„ibid. *P. Rutilius Rufus*) Coſ. fuit cum Cn. Mallio
„anno urbis DCXXXXVIII.
„-- v. 5. *Q. Aelius Paetus Tubero*) Hic Conſul
„non fuit, ſed pater ejus, L. Aemilii Paulli ge-
„ner cum M. Junio M. F. Penno, an. DLXXXVIII.
„Alii poſſunt addi Conſules à Pomponio relati,
„ut Juriſconſulti: ſed nos his contenti fuimus,
„quorum Conſulatus in Digeſtis mentio fit.
„-- v. 7. *D. Livius Druſus &c.*) Hos fuiſſe ſuf-
„fectos Conſules exiſtimo & ſub Caeſaribus, pro-
„pter eam ſententiam, quae non eſt apta ſupe-
„rioribus temporibus, ut viri Quaeſtorii provin-
„cias ſortirentur, quos Praetorii tantum & Con-
„ſulares habere ſoliti fuerant.
„-- v. 13. *Cornelius Sulla &c.*) Hos etiam ſuffectos
„& ſub Caeſaribus fuiſſe arbitror. Aperte enim

 Venu-

„Venulejus de legato Caesaris, id est praeside
„provinciae loquitur.
„-- v. 17. *Secundae classis Coss. sub Caesaribus.*) Ad-
„de LAMPADIUM & ORESTEM Coss. ex constit.
„Deo auctore, posita initio Digestorum, &
„lib. I. Cod. Justiniani tertium Consulatum ex
„constit. Tanta & constit. Omnem.
„-- v. 29. *A. Vibius C. F. C. N. Habitus*) Sic est in
„fastis Capitolinis, quorum scripturam praefero
„scripturae Pandectarum, in quibus est *Vivio A-*
„*vito & Lucio Aproniano consulibus.* Scribo igi-
„tur, *Vivio Avito, & Lucio Apronio sive Apro-*
„*niano.* Sic etiam XLVIII. 19. 39. *Cicero in ora-*
„*tione pro Cluentio Avito.* sed *Habito* est in Tul-
„lianis libris. Placet tamen quibusdam *Avito* u-
„trobique retinere: ego de Vibio Habito dixi
„sententiam meam, de Cluentio nihil certi ha-
„beo. Fuerunt autem hi Consules suffecti ex
„Kal. Jul. an. DCCLX. cum Ordinarii Consules
„fuissent M. FVRIVS CAMILLVS, SEX. NONIVS
„QVINCTILIANVS Augusti Tribun. potest. XXX.
„Tib. Caesaris IX.
„-- v. 24. *Manius Aemilius Lepidus*) Praenomen
„id ex tessera eburnea Romae inventa sumptum
„est. Ejus haec verba sunt. SP. N. FEB. M. LEP.
„T. STAT. COS. OLYMPVS. PETILLI. quae ita
„interpretor. *Sportulam Nonis Februariis Manio*
„*Lepido, Tito Statilio Consulib. Olympus Petillii*
„*servus accipiet.* Hi Consules ordinarii fuerunt
„an. urbis DCCLXIII. sub Augusto. Viden. Ul-
„pian. in fragmen. Pith. tit. 8. De falso testi-
„monio, ubi Licinii & Statilii Tauri Cos. fit
„mentio.
„-- v. 29. *M. Valerius Messalla*) Hi Consules sub
„Tiberio Caesare fuerunt anno urbis DCCLXXII.
„De

„De his Dion. lib. LVII. Apud Tacit. lib. III.
„*C. Aurelius* pro *Marco* ſcriptum eſt. Horum
„etiam Conſulum mentionem invenio apud Ul-
„pian. lib. VIII. ſub titulo De poena legis Cor-
„neliae teſtamentariae, in fragmen. Pith. eodem
„tit. 8. De falſo teſtimonio.

„-- v. 35. *M. Vinucius Quartinus*) Hic Coſ. fuit cum
„C Caſſio Longino an. DCCLXXXII. ſub Tib.
„Caeſare. Ad hunc Quartinum Vellejus Pater-
„culus ſcripſit, eumque Coſ. fuiſſe ait poſt pa-
„lilia prima an. DCCLXXXV. ſed ſcribendum
„DCCLXXXII.

„-- v. 39. *Vellejus Rufus*, *Oſtorius Scapula*) Hos Con-
„ſules ſuffectos fuiſſe exiſtimamus ſub Tiberio
„Claudio Imp. Non recte in Pand. Floren.
„eſt, *Velleo Rufo & Oſterio Scapula*. Apud Ju-
„ſtin. lib. III. Inſtit. De adſig. libertor. eſt,
„*Sabellio Rufo & Aſterio Scapula*. & apud Theo-
„phil. Σϐϊλίȣ Ῥȣ́φȣ κα̣ὶ Οστωρίȣ.

„-- v. 44. *L. Annaeus Seneca*, *Trebellius Maximus*)
„Hi etiam Conſules ſuffecti fuerunt an. DCCCXIV.
„ſub Nerone, quo anno erant ordinarii P. Ma-
„rius Celſus, L. Aſinius Gallus. Horum etiam
„mentionem facit Juſtin. lib. II. Inſtit. tit. De
„fideicom. heredit.

„pag. 291. v. 1. *M. Junius Silanus*, *Vellejus Tutor*)
„Horum Conſulum tempora quaerimus. vide S.
„C. Vellejan. Non recte autem *Velleus* & *Vel-
„leanum* in Pand. Floren. eſt I. omiſſo.

„-- v. 6. *Rubrius Gallus*, *Caelius Hiſpo*) Hi Coſ. ſuf-
„fecti fuerunt ſub Trajano: quo anno incertum eſt.

„-- v. 12. *Ducenius Verus*) *C. Juventius Verus* cum
„*Ser. Serviano* tertio Conſul fuit ſub Hadriano
„Imp. ex quodam titulo & ex variis ſcriptorib.
„anno urbis DCCCLXXXVI. An hic idem ſit, ad-
„firmare nequeo.

v. 16.

„-- v. 16. *Acilius Aviola*, *Corellius Pansa*) Hi Cos.
„Ordinarii fuerunt sub Hadriano an. DCCCLXXIV.
„-- v. 20. *Acilius Glabrio*) Hic *Manius Acilius*
„*Glabrio* dictus est, ut ex veteri titulo apparet,
„ejusque collega *C. Bellicius Torquatus*. Consu-
„les ordinarii fuerunt anno DCCCLXXVI. sub
„Hadriano.
„-- v. 23. *Annius Verus*) Cum *Neratio Prisco* fuit,
„sed quo tempore quaerendum. Fuit autem
„*Annius Verus* avus Marci Imp. bis Consul, &
„Praef. Urbi, teste Capitolino.
„-- v. 26. *Q. Julius Balbus*) Hic Cos. ordinarius
„fuit cum *P. Juventio Celso* II. an DCCCLXXXI.
„sub eod. Hadriano.
„-- v. 27. *T. Aufidius Oïnus Severianus*) *Titius* est
„in Pand. pro *Titus*, ut suspicor. fuisse autem
„creditur Cos. suffectus eod. anno.
„-- v. 33. *Pudens*, *Pollio*) Hi Cos. ordinarii sub
„Antonino & Vero fuerunt, an. DCCCCXVIII.
„-- v. 37. *Proculus*, *Munatius*) Hos Cos. suffectos
„fuisse suspicamur sub eisdem Imperatorib. Sed
„neque Consules appellat Ulpianus, neque *Pro-*
„*culum* Consulem fuisse ait Pomponius. *Procu-*
„*lus* ille princeps Proculianorum antiquior est.
„-- v. 41. *Tertullus*, *Clemens*) Hi Cos. ordinarii sub
„Severo Imp. fuerunt anno DCCCCXLVII. Vi-
„den. constit. I. Codicis Justin. lib. IX. tit. I.
„-- v. 46. *L. Septimius Plautianus*) Cos. iterum fuit
„cum *P. Septimio Geta* Severi fratre, ambo or-
„dinarii sub Severo & Antonino an. DCCCCLV.
„Hujus Plautiani filia Plautilla uxor Antonini
„Caracallae fuit.
„pag. 292. v. 3. *Fulvius Aemilianus*, *Nummius Al-*
„*bines*) Ordinarii Cos. fuerunt sub eisdem Impp.
„anno DCCCCLVIII.

„-- v. 10. *Alfenus Varus*) Diximus alibi *P. Alfenum P. F. Varum* Consulem ordinarium fuisse „cum P. Vinucio anno Christi tertio, urbis „DCCLIV. ex Dione & Paterculo.

„Ibid. *Atejus Capito*) *C. Atejus Capito* cum *C. Vibio Postumo* Cos. suffectus fuit ex Kal. Jul. an. „urbis DCCLVIII. sub Augusto, ut quidam su„spicantur ex quodam titulo, & ex Taciti ver„bis extremo libro tertio.

„-- v. 11. *C. Cassius Longinus*) De hoc diximus in „*Quartino*.

„Ibid. *P. Juventius Celsus*) De secundo Consulatu „diximus in *Q. Julio Balbo*: de priore quaeren„dum.

„-- v. 13. *Salvius Julianus*) Hic cum *Torquato* II. „Cos. ordinarius fuit an. DCCCCI. sub Pio.

„-- v. 14. *Et Proculo*) Malo, *& Cassio*: nam Pro„culus non is est, ut supra diximus.

„-- v. 27. Adde Leon. lib. LX. Basil. tit. 37. c. 31.

Hactenus ex Augustino. Ne tamen prorsus ἀσύμβολος ad te accedam, addo quae in perlegendis fratris tui Fastis Consularibus, quos communicare mecum voluisti, observabam, tum & alia qaaedam, quae mihi in pertractando penso meo sparsim annotata sunt. Primum autem in genere animadverto, doctissimum fratrem tuum nihil in hoc argumento indiscussum reliquisse, sed omnes antiquitatis sinus diligentissime pertentasse; omnia denique veterum monumenta sedulo eruisse ac rimatum esse. Quin ex elaboratissimo hoc opere didici, nonnullos viros Consulares addi posse Consulibus ab Augustino relatis, quippe cui tantum propositum fuit eos recensere qui in Pandectis ut Consules memorantur. Praeterquam ergo quod suis locis

cis suoque ordine recensent hi Fasti *Salvium Julianum*, *Pudentem* & *Pollionem*, *P. Juventium Celsum*, *Tertullum* & *Clementem*, *Plautianum*, *Fulvium Aemilianum* & *Nummium Albinum*, *Aemilium Juncum* & *Julium Severum*, ut & *Modestum*, praeter hos, inquam, habent porro sequentes, quorum Pandectae mentionem faciunt

1. ERVCIVM CLARVM, qui sub Antonino Pio consul II. fuit una cum Claudio Severo, anno Urbis conditae DCCCLXXXXVIII. Meminit illius Ulpianus l. 3. §. 2. De offic. Praef. Vigil. & *D. Antoninus Erycio Claro rescripsit.* ubi in transitu observa peccatum esse in orthographia nominis, posito y. pro v. quae literae & alibi in Pandectis permiscentur, ut notum, maxime in nominibus propriis. Nonnihil etiam ea de re notabimus occasione *Tertylli* & *Clementis* itidem consulum.

2. QVINTILIOS, hoc est, *Quintilium Condianum* & *Quintilium Maximum*, sub eodem Antonino, anno urbis DCCCCIII. observante Casaubono. Ulpianus l. 16. §. 4. De bonis libert. *& hoc Divi fratres Quintiliis rescripserunt.* vide laudatos Fastos pag. 179. in med. Qua in re tamen dubium me tenet, quod Divi fratres, nempe M. Antoninus philosophus & Aelius Verus, qui hic Quintiliis rescripsisse feruntur, demum A. V. C. DCCCCXIII. imperare coeperint.

3. BRADVAM MAVRICVM sub Commodo, anno Urbis DCCCCXXXXIII. De eo idem Ulp. l. 1. §. 4. De suspect. tut. *Sed Imperator Antoninus cum Divo Severo Braduae Maurico proconsuli Africae rescripsit.* Idem rescriptum memoratur in l. 4. de offic. ejus cui &c. ubi simpliciter *Bradua* audit: *Imperatores Severus & Antoninus Braduae proconsuli Africae.* In lapidibus apud Gruter. Reines. & Spon. ap-

appellatur *M. Atilius Metellus Bradua.* Collegam habuit *Cassium Apronianum.* Dicitur autem decimo post consulatum anno procos. Africae fuisse. vide Emin. Norris. Epist. consul.

4. FABIVM CILONEM, consulem suffectum, cum ordinarii essent *Sosius Falco* & *Julius Erucius Clarus*, biennio post Braduae consulatum, imperante videlicet Septimio Severo. Idem deinceps ordinarius consul fuit cum *Flavio Libone* A. V. DCCCCLVI sub eodem Severo ac filio ejus Caracalla. Frequentem autem hujus Cilonis in jure mentionem esse adjicit auctor Fastorum nostrorum. Ita Ulp. l. 1. de offic. Praef. urbi *Epistula Divi Severi* ad Fabium Cilonem praefectum Urbi missa. & l. 4. de offic. Praef. vigil. *Imperatores Severus & Antoninus Junio Rufino praefecto vigilum ita rescripserunt &c.* & mox *eos... ad Fabium Cilonem praefectum Urbi amicum nostrum remittes.* & l. 8. §. 5. De poenis *ex epistula divi Severi ad Fabium Cilonem exprimitur.* Florentiae *Favium* invenies hisce locis pro *Fabium*: sed de hac τῦ B. cum V. permutatione infra opportunius agetur.

5. CLAVDIVM SELEVCVM. ex Papiniano l. 13. De his quae ut indign. aufer. *Claudius Seleucus Papiniano suo salutem.* Collega ei fuit *Gratus Sabinianus* A V. C. DCCCCLXXIII. inciditque hic consulatus in imperium M. Antonini Elagabali.

Praeterea animadverti *Aemilio Junco* & *Julio Severo*, item *Modesto*, quos Augustinus ad classem incertorum relegavit, sua tempora in fratris tui Fastis assignari. Priores autem, quibus consulibus senatusconsultum Juncianum factum est, suffectos fuisse ostendunt A. V. DCCCCXXXIII. atque adeo Commodo imperante. Alterum vero indicant sub Alexandro consulatum ordinarium gessisse cum *Calpurnio Probo* A. V. C. DCCCCLXXX. Ex diver-

verſo Auguſtinus (liceat enim hoc ea occaſione adjungere) de *Munatio* & *Planco*, quos ſub Divis fratribus ut conſules retulerat, claſſe 11. un. 15. ſe ipſum in notis corrigit: fatetur enim ex Pandectis non conſtare, an conſules fuerint. ſed nec aliunde, ut opinor.

Addam nunc alios quoſdam Conſules e fragmentis Ulpiani & Pauli extra Pandectas, quae nobis inter alia id genus fragmenta ſervavit auctor Collationis legum Moſaicarum & Romanarum. Hi ſunt

1. STATILIVS TAVRVS. Ulpianus tit. 8. De falſo teſtam. *Praeterea factum eſt ſenatuſconſultum Statilio & Tauro conſulibus.* Ad quae verba notat Pithoeus; *Statilii Tauri* plures conſulatus in faſtis reperiuntur, ſed in notatione horum temporum quem potiſſimum ſequar non habeo. Si quis tamen conjecturae locus eſt, ſic lubentius repoſuerim, *Statilio Tauro & Scribonio Libone conſ.* nam his conſulibus ſenatuſconſultum Libonianum circa legem Corneliam (de falſis nimirum) factum veriſimile eſt. haec Pithoeus. Itaque prioris nomen imprudenter diviſum eſt; ac ſi duo forent nomina. Eodem fere modo, quo per jocum dicebatur Julio & Caeſare coſſ. cum is, neglecto collega Calpurnio Bibulo, unus omnia ad arbitrium adminiſtaret, ut ſcimus e Sueto. in Caeſ. c. 20. Ceterum *T. Statilius Siſenna Taurus* & *L. Scribonius Libo* conſules fuerunt an. V. C. DCCLXVIII. imperante Tiberio. De alio autem Statilio Tauro qui cum Lepido conſul fuit ſub Auguſto, actum eſt ſuo loco inter conſules, qui in Pandectis memorantur.

2. POMPONIVS & RVFVS. tit. 15. De Mathemat. & Manichaeis ex eodem Ulp. *Denique extat ſenatuſconſultum Pomponio & Rufo conſſ. factum.* Nempe *C. Caecilius Rufus* & *L. Pomponius Flaccus* ſub eodem Tiberio

Tiberio & quidem proximo post antecedentes anno fasces habere.

3. COTTA & MESSALA. laud. tit. 8. De falso testam. ex Ulpiano rursus. *Senatusconsultum quod Cotta & Messala factum est.* forte legendum *quod Coss. Cotta & Messala factum est.* notatque Pithoeus, Hoc diversum est ab illis, quae iisdem consulibus facta referuntur in l. 12. 9. Si servus. π. De accusat. l. 4. §. Proficisci. De offic. Proconf. Sic ille. Verum de *M. Valerio Messala* & *M. Aurelio Cotta*, qui ad an. V. C. DCCLXXII. pertinent, suo loco tractat Augustinus, & in notis hunc quoque Ulpiani locum allegat.

4. Duo GEMINI. Loc. laud. ex eodem Ulpiani fragmento. *Senatusconsulto quod duobus Geminis consulibus factum sit.* Apud Gruter. inscriptio est, in qua similiter legitur, DVOBVS GEMINIS COS. pag. 535. nu. 2. Fuerunt autem hi Gemini *C. Rubellius Geminus* & *C. Fusius Geminus*, anno Urbis DCCLXXXI. Tiberio adhuc imperante.

5. HADRIANVS III. tit. 13. De termino moto, fragmento ultimo, quod iterum Ulpiani est. *Divus Adrianus Terentio Gentiano* XVII. *Kl. Septembriarum se* III. *consl. rescripsit.* Fuit hoc an. V. C. DCCCLXXI. cum *Imp. Caesar Hadrianus* III. consul esset cum Q. Junio *Rustico.*

6. GRAVIO & ROMVLVS. tit. 3. De saevitia dominor. cap. pen. quod eidem Jurisconsulto inscribitur, ad fin. *Gravione & Romulo conss.* Sed legendum haud dubie cum Pithoeo, *Glabrione & Omullo cons.* qui consules fuere sub Antonino Pio anno V. C. DCCCCIIII. Profecto sub hoc Imp. eos, qui hic memorantur magistratum gessisse apparet: praecedit enim apud Ulp. *Item Divus Pius ad libellum Alfi Juli rescripsit haec verba.* Ut autem hanc Pithoei

thoei conjecturam, quae jam ſtatim primo obtutu perquam probabilis eſt, eo veriorem habeam, facit quod haec nomina varie ſcribantur in marmoribus & apud auctores, imprimis vero poſterius nomen. Ita praeter *Homullus* & *Homulus* occurrit etiam *Homulius*, *Humilius*, *Homollus*, *Omollus*, *Omullus*, Ἰȣμίλιος, Ὄμμȣλος, immo vero ipſum *Romulus* apud Caſſiod. & Proſper. Ita me docent Almeloven. & hi ipſi Faſti ad ann. DCCCCIIII.

7. ANTONINVS III. tit. 10. De depoſito, fragmento ultimo, quod Paulum habet auctorem. *Prop.* IV. *Non. Nov. Antonino* III. *conſ.* Sed cum plures Antonini tertium conſules fuerint, haud in proclivi eſt definire, quem hic intelligat Paulus. Crediderim ego Caracallam indicari, qui ſaepius a noſtris Antoninus appellatur: is autem tertium conſul fuit cum *Septimio Geta Caeſ.* II. an. V. C. DCCCCLX.

8. LICINIVS V. & TAVRVS. tit. 8. De falſo teſtam. in laudato aliquoties Ulpiani fragmento. *Licino* V. *& Tauro conſſ.* Sed hi plane incerti ſunt. Praeterea arbitror hic mendum ſubeſſe. Quid ſi legamus *Licinio* V. C. *& Tauro conſſ?* Nempe V. C. id eſt, viro clariſſimo, qui titulus nonnunquam conſulibus adſcribitur, praeſertim vero ſequioribus ſaeculis. Hos autem ſuffectos fuiſſe ex eo licet colligere, quod in faſtis non reperiantur. De tempore non multum habeo quod divinem. Dabis tamen hariolandi facultatem in re adeo obſcura. Putem igitur ad primorum Caeſarum tempora referendos eſſe, ſub quibus floruit Taurorum familia, & forte ad Tiberii principatum, cum Ulp. eos memoret poſt Statilium Taurum, ante autem Cottam & Meſſalam, coſſ. qui certe ſub Tiberio ad ſupremum hunc omnis dignitatis apicem evecti ſunt.

Atque hi ſunt quos a collatore legum Moſai-

ca-

earum & Romanarum e ſcriptis veterum Juriſconſultorum nobis ſervatos deprehendi. In Inſtitutionibus Juſtiniani Imperatoris, quas magnam partem e Gaii Inſtitutionibus collegit, rara eſt Conſulum mentio: nec mirum cum vel in latioribus Pandectarum libris parce omnino adferantur. In integris autem Juriſconſultorum voluminibus plures conſules memoratos fuiſſe penitus mihi perſuaſum eſt. Sed haec cum ceteris quae ad hiſtoriam & elegantiora ſtudia pertinent, a juris architectis paſſim reciſa eſſe & pro ſupervacuis vulgo habita autumo. Quia tamen Inſtitutiones, ut dictum, nonnullos conſules indicant, & in his etiam quos in Pandectis fruſtra quaeras, hanc antiquitati reverentiam habebo, ut & ea Conſularis hiſtoriae veſtigia religioſe ac ſedulo legam. Sunt ergo, qui in evolvendis Inſtitutionibus ſe mihi obtulere, ſequentes conſules.

I. SABELLIVS RVFVS & ASTERIVS SCAPVLA. §. ult. in fi. De adſignat. libertor. *ex ipſo ſenatuſconſulto, quod Claudianis temporibus factum eſt, Sabellio Rufo & Aſterio Scapula conſulibus.* Quum autem horum in Pandectis quoque mentio fiat, conſule de iis Auguſt. in notis ad claſſ. II. nu. 5. qui eos arbitratur ſuffectos conſules fuiſſe. Vocantur autem in Pand. *Velleus Rufus*, & *Oſterius Scapula*, quae nomina hoc modo reſtituenda exiſtimat vir doctiſſimus, *Vellejus Rufus* & *Oſtorius Scapula*. Cujac. ad Inſtit. loc. laud. monet ſcribendum *Suillo Rufo* & *Oſterio Scapula*. *Suillo* autem Plinii auctoritate exhibet, lib. VII. c. 5. ſed hodie emendatiores codices habent *Suilium Rufum*. Similiter ex Theophilo ipſe Auguſtinus citat Σȣϊλίȣ Ῥȣφȣ. *Suillo*, pergit Cujac. vel *Suelleo*, ut in Pand. Flor. ſcriptum oportuit. *Oſterii* autem *Scapulae* meminit Corn.

 Tacit.

Tacit. lib. XVI. & in Agricola. Sic ille. Sed & Taciti codices hodie habent *Oſtorius Scapula*, & quidem trium Oſtoriorum conſtanti ſcriptura in Annalibus meminit, in quibus aliquoties nominantur. vide lib. XII. XIV. & XVI. Habet etiam Theoph. καὶ Οςωρίε. ita certe Auguſt. verum in Theophilo Fabroti habetur δόγμα ἐπὶ τῆς Κλαυδίε βασιλείας ἐπὶ Suilla Ruffu & Hoſtorii Scapula τῶν ὑπάτων. *M.* porro *Oſtorius*, qui & *Oſtorius Scapula* dicitur, occiſus eſt ſub Nerone. Tacit. Ann. XVI. c. 15.

2. TREBELLIVS MAXIMVS & ANNAEVS SENECA. §. 4. De fideicomm. *Et Neronis quidem temporibus, Trebellio Maximo & Annaeo Seneca conſulibus, ſenatuſconſultum factum eſt, quo &c.* Sed & hi eadem occaſione in Pandectis memorantur, hoc ſolo diſcrimine, quod ibi Seneca praemittatur Trebellio, quodque minus accurate vocetur Anneus abſque diphthongo. Hi vero ſuffecti fuere ex Kal. Jul. anno V. C. DCCCXIIII. Sed vide Auguſt. in no.

3. PEGASVS & PVSIO. §. ſeq. 5. De fideicomm. *Poſtea Veſpaſiani Auguſti temporibus, Pegaſo & Puſione coſſ. ſenatus cenſuit, ut &c.* Ceterum cum neque illi in faſtis Conſulum inveniantur, dubium nullum eſt, quin ſimiliter ſuffecti fuerint. Pegaſum ſane hunc Gul. Grotius de vitis Ill. lib. II. c. 2. Proculi ſucceſſorem facit, eundemque eſſe docet, qui a Pomponio l. 2. De orig. jur. Praefectus Urbi ſub Veſpaſiano fuiſſe indicatur. Vetus porro ſcholiaſtes ad eum Juvenalis locum ita commentatur, *Pegaſus Trierarchi filius ex cujus liburnae paraſemo nomen accepit, Juris ſtudio gloriam memoriae meruit, ut liber vulgo non homo diceretur. Hinc functus omni honore, cum provinciis pluribus praefuiſſet, Urbis curam adminiſtravit. Hinc eſt Pegaſianum ſenatuſconſultum.* Ita hunc locum deſcripſit ὁ πάνυ Hugo Grotius in Flor.

Flor. ſparſ. ad Jus Juſtinian. ſed in impreſſis poſteriora ſic habent, *Hinc eſt Pegaſianum ſcilicet jus, quod Juriſperitus fuerat.* Sed de Pegaſo JCto, & unde ei hoc nomen, peculiare caput inſcripſit Menagius in Amoenit. Jur.

4. TERTVLLVS. Hic quidem non nominatur, ſed tamen diſerte innuitur ab Jmper. dum §. 2. De SC. Tertull. ait, *Poſtea autem ſenatuſconſulto Tertulliano, quod Divi Hadriani tempôribus factum eſt..... cautum eſt.* Atqui *Tertullus* cum *Claudio Sacerdote* conſul fuit A. V. C. DCCCCX. adeoque hic conſulatus in ultima Antonini Pii tempora incidit. Verum quid ad hanc difficultatem reſponderi poſſit videbis in Faſtis fraternis ad eum annum. Alteram huic omnino ſupparem videre eſt apud Bertrand. in vita Gaii. Forte *Tertullo* & *Maximo*, ait Cujac. ad d. §. 2. Inſtit. de quibus l. 29 §. 6. ff. ad L. Jul. de adult. ſic ille. Horum autem aetas incerta eſt. Forte etiam huic loco aptari poſſet quod alia occaſione ait Cujac. v. Obſ. 26. Malo errorem eſſe in nomine imperatoris dicere: eſt enim in propriis nominibus memoriae lapſus frequentiſſimus.

5. ORPHITVS & RVFVS. pr. De SC. Orphit. pr. *ex ſenatuſconſulto Orphitiano, quod Orphitio & Rufo conſulibus effectum eſt.* Nimirum *Julianus Rufus* & *Gavius Orfitus* conſules fuerunt an. urbis DCCCCXXX. imperantibus M. Aurelio & Commodo. vide in laudatis Faſtis ad hunc annum. Emin. Noriſius epiſt. conſular. hos conſules in inſcriptione apud Fabrett. *Orfitum* & *Julianum* dici obſervat. Orfitum, Gavium Orfitum; Julianum, duplici cognomine Julianum Rufum dictum putat, locatque in anno DCCCCXXXI. Almelovenius eos vocat *Veſtium (al. Velium) Rufum*, & *Corn. Scipionem Orfitum.* Illud vero inſignem difficultatem videtur habere, quo-

modo Gajus, qui ad Hadriani tempora referri ſolet, potuerit ſcribere ad SC. Orfitianum, ut eſt in l. 9. *π*. Ad SC. Orfit. ſi id SC. his conſulibus, h. e. ſub Marco & Commodo, factum eſt, & quidem extremo tempore Marci. *Et noſtra quidem aetate*, inquit Gajus L. Utrum de reb. dub., *Serapia Alexandrina mulier ad Divum Hadrianum perducta eſt cum quinque liberis, quos uno fetu enixa eſt.* Verum ego hinc perperam elici arbitror Gajum ſub Hadriano floruiſſe, vixiſſe autem ſub eo atque illius tempora attigiſſe concedo. Potuit igitur ea res accidiſſe ipſo adhuc puero aut admodum juvene. Profecto cum illa ſcriberet, minime vivebat Hadrianus, quippe quem *Divum* vocet. Nec quicquam amplius ad hunc ſcrupulum eximendum deſiderari exiſtimo. vide etiam Bertrandum in vita Gaii.

6. TRIBONIANVS. §. 3. in prooem. Inſtitution. *Triboniano viro magnifico, magiſtro ſacri palatii noſtri, & exconſule.* Sed de Triboniani conſulatu aliunde, quod ſciam, nihil certi habemus. Praeterea τὸ *& exconſule* non invenitur in aliis editionibus iiſdemque, ni fallor, emendatioribus, nec in Theoph. In aliis autem vulgo includitur ſignis ſuſpectae ſcripturae.

7. IVSTINIANVS. A. III. in ſubſcriptione ejuſdem prooem. *D. C. P.* (*hoc eſt, datum Conſtantinopoli*) XI. *Kalend. Decemb. D. Juſtiniano P. P. A.* III. *conſ.* Fuit autem *Imp. Flav. Anicius Juſtinianus* tertium conſul ſine collega, anno V. C. MCCLXXXV., qui incidit in annum à Chriſto nato DXXXIII. Eodem modo ex praefationibus Pandectarum Auguſtinus hunc Juſtiniani conſulatum cum altero *Lampadii* & *Oreſtis* recenſere potuerat, ſed illae proprie ad Codicem pertinent comprehenſae ſub tit. De veteri jure enucleando. Unde hoc tantum in notis ac velut

lut in tranſitu facit. Hucuſque ex Inſtitutis.

Tandem vero, ſi placet, nonnihil addam quod pertinet ad quoſdam Pandectarum conſules ab Auguſtino relatos, quos nondum attigi.

Cornelium Sullam & *Lucretium Trionem*, quos recenſet in claſſe conſulum, qui ante Caeſares fuere, poſtea in notis ſub Caeſaribus fuiſſe exiſtimat, aeque ac *Druſum* & *Porcinam*, qui proxime antecedunt. Sed & Almelovenius in Faſtis conſular. circa hos fluctuatur. Primo enim cum ſub *Tiberio Aug.* v. & *Aelio Sejano* anno v. c. DCCLXXXIII. pro ſuffectis ex idibus Maiis retuliſſet *C. Memmium Regulum* & *L. Fulcinium Trionem*, ſubjicit, In l. 12. pr. ff. De accuſat. legitur, *Sulla & Trione conſulibus.* quis ſit ille Sulla ignoro, an alius ſuffectus, an vitium librarii pro Sejano, quod maxime veriſimile, an adjiciendus priori C. Memmio Regulo? videant me doctiores. Sic ibi. Verum in indice alphabetico ad eundem annum e Tacito pro ſuffectis exhibet *Fauſtum Cornelium Sullam* & *Fulcinium Trionem*, allata etiam d. l. 12. De accuſat. laudatiſque Gruteri Inſcriptionibus & Noriſio in Epiſtola Conſulari. Apud Noriſ. ſane extat lapis Nolanus, qui docet eos ſuffectos fuiſſe ex diverſis menſibus, nempe Fauſtum Cornelium Sullam ex VII. id. Maii, L. Falcinium Trionem ex Kal. Juliis. Tacit. vero lib. v. Ann. c. 11. jungit Trionem & Regulum, & in eodem lapide P. Memmius Regulus ſuffectus dicitur ex Kal. Octobr. Male autem dubitat Almeloven. an non pro *Sulla* Sejani nomen ſubſtitui in Pandectis debeat: male etiam Regulum & Trionem utrumque ex idib. Maiis ſuffectum dicit, quibus in illo lapide ſolus Sulla ſuffectus dicitur. Videlicet extraordinarium eſt tam in Pand. quam apud Tac. jungi duos ſuffectos ex diverſis menſibus.

Unde licet concludere, non ſemper duos ſimul ſuffectos fuiſſe; ſed altero manente alterum interdum additum.

De *Vivio Avito* pro *Vibio Habito*, quam ſcripturam porro in notis damnat Auguſtinus, illud quoque obſervari poteſt, permutationem B. & V. paſſim quidem in MSS. deprehendi, at nuſquam frequentius quam in Pandectis Florentinis. Uſque adeo quidem ut in nonnullis conſtanti errore pro altera litera alteram adhiberi videas. In his autem eſt nomen *Vivius* & *Vivianus*, pro quo & alibi in iiſdem notis *Vibius* & *Vibianus* ſcribendum monet Auguſtinus. *Vibiam* enim gentem fuiſſe non *Viviam*, a *Vibone* oppido, non a *vivendo*. Ceterum contrario vitio l. 17. De praeſcr. verb. & l. 17. §. 1. De Aedil. edic. eſt *Bibianus* pro *Vibianus* & ſic l. 4. De aleatorib. *in comBiBio veſcendi cauſa*, pro, *in convivio:* & l. 3. §. 3. De Aedil. edic. *pro Beneno ViVit* hoc eſt, *pro veneno bibit.* & ſimilia. De gente Fabia nemo eſt qui dubitet, & tamen MS. Florentinum habet *Favius Mela*, *Favius Cilo*, lex *Favia*, actio *Faviana.* Ego ſcribo *Fabius Mela*, inquit Archiepiſcopus Tarraconenſis in iiſdem illis notis ad hoc nomen. Gens enim *Fabia* dicta eſt, non *Favia*: & ſic quoque actio *Faviana* in Pand. pro *Fabiana.* Sic ille. Eadem membrana Florentina pro *cibaria* tantum non ſemper habit *ciVaria*, ſaepiſſime autem *Valineum* pro *balineum* ſeu *balneum*, *deVere* & *deVitor* pro *debere* & *debitor*, item *duVium* & *duVitare*, *provare*, *videVitur*, *Veſtia* &c. Rurſum *alluBio*, *laBare* & *laBatio*, *Boluit*, *caBere*, pro, *alluvio*, *lavare*, *lavatio*, *voluit*, *cavere.* Immo etiam reperies *verVa*, *BerVa*, & *Berba*, pro *verba*, ut & *voVis*, *BoVis* & *Bobis*, pro, *vobis.* Eae autem voces in quibus promiſcue hac literae permutantur in archetypo

typo Florentino innumerae sunt. Tantum addam, uti in laudato consulum pari est nomen *Avitus* pro *Habitus*, ita ex adverso in l. ult. ad S. C. Trebellian. haberi, *exceptis bonis maternis eorum & aBitis*, pro *avitis*: & sic alibi interdum *aBus* pro *avus*, *aBunculus* pro *avunculus*. Haec de permutatione τῶν B. & V. in Pandectis, quantum ad haec nomina attinet. Consule omnino P. Fabrum, qui ex professo de his consulibus agit lib. III. Semestr. c. 12. pag. 164. ubi inter alia etiam observat, in Fastis Haloandrinis & Contianis eos non reperiri, quoniam ἐπώνυμοι non fuere aut ordinarii, sed suffecti ex Kal. Juliis. De veritate autem Edicti, quod Augustus in Pand. proposuisse dicitur Vivio Avito & L. Aproniano consulibus, pessime dubitat Augustinus Nicolaus de Tortura, Gallice, pag. m. 48. quia, si Dis placet, consules qui adscribuntur, in Fastis non apparent. Ita accepi ab Amplissimo supremae Curiae Senatore Corn. van Bynkershoek, quem, ut ejus tum dignitas, tum doctrina imprimis, atque eruditio postulat, honoris causa nomino.

Ducenium Verum in l. 29. De legatis lib. II. eundem esse cum *Juventio Vero* haesitanter asserit Augustinus, & tamen perquam probabiliter id facit. Videlicet τὸ *Juven.* non aegre in *Ducen.* transire potuit, imprimis aberrante oculo descriptoris, & in sequens *ducenta* incidente.

Venio ad *Q. Julium Balbum* & *P. Juventium Celsum*, quibus duo alii, ni fallor, adjunguntur: de his autem parum distincte Augustinum tractare arbitror. Nimirum l. 20. §. 6. De heredit. petit. ordinarii consules una cum suffectis videntur enumerari, quod oppido singulare est. Eo pertinet quod Alciatus scribit lib. V. Parerg. c. 10. ubi quatuor illa nomina hoc modo exhibet. *Q. Julius Balbus* &

P. Juventius Celsus. T. Aufidius & *Arrius Severianus.* Pro duobus autem postremis Florentiae habetur, *Titius Aufidius Oenus Severianus.* Profecto Arrius Severianus triennio postea consul ordinarius fuit cum Sentio Augurino, quod vehementer favet ei conjecturae. Praeterea existimat Alciatus *Titum Aufidium* & *Arrium Severianum* suffectos consules fuisse, eosque Kalendis Martiis magistratum iniisse, cum ordinarii essent *P. Juventius Celsus* II. & *Q. Julius Balbus*, qui primo loco nominantur, hoc est, an. V. C. DCCCLXXXI. Denique observat, mirum esse quod in Aurelii Cassiodori fastis & Theonis ad Ptolomaei canones interpretationibus *Jubentii Celsi* consulatus cum *Q. Julio Balbo* gestus non appareat, sed cum *Marcellino.* Hactenus ex Alciato. In aliis fastis video recenseri *Juventium Celsum* II. & *Neratium Marcellum.* Videlicet in his confunduntur ordinarii cum suffectis, dum *C. Neratius Marcellus* & *Cn. Lollius Gallus* hoc anno ex Kal. Novemb. consules fuere. Suppar hoc loco Augustini erratum est, dum Balbo Severianum jungit, confuso insuper cum Pandectis utroque nomine, Aufidii nimirum & Severiani. Etenim velut par consulum exhibet *Q. Julium Balbum* & *T. Aufidium Oënum Severianum.* Ceterum, ut dicebam, illud omnino singulare est, quadrigam consulum in d. l. 20. De heredit. petit. uni senatusconsulto praefigi. Insigne autem & elegans maximeque appositum exemplum veteris monumenti habemus, in quo itidem quatuor consules simul comparent: nam in rescripto quodam ad libellum supplicem, quod ei subjectum est, libellos agente hoc ipso Juventio nostro, ita scriptum invenio,

FERETRVM. FIERI. PLACET. IVBENTIVS. CELSVS. PROMAGISTER. SVBSCRIPSI.

(sic) (sic)
III. NON. NOEMB. ANTIO. POLIONE. ET.

OPIMIANO. KOS. ORDINARIS. SEVERO.

ET. SABINIANO. COS.

Legi illud apud Joſeph. Nerium in Analect. lib. II. c. 6. & aliquanto limatius in Grutero pag. 607. nu. I. adde Faſtos fraternos ad ann. DCCCCVII. Qua in re hoc quoque obſervari velim, nomen *Jubentius* aeque iſtic cum B. ſcribi, ac ſolet in Pandectis Etruſcis. Proprie autem *Juventius* ſcribendum, cum V. a *juventute*, non a *jubendo Jubentius*, ut idem Auguſtinus alibi ad nomina propria Pandectarum in iiſdem illis notis animadvertit. Immo notabile hac in parte eſt, quod in epiſtola Velii Fidii ad Juventium Celſum, quae in eodem monumento praemittitur, diſerte habetur, TEMPORE. PRIMAE. IVBENTVTIS, loco *juventutis*. Sed nec *Jubentius Celſus* tantum Florentiae paſſim legitur, verum etiam *Caelius Jubentianus* l. 10. De quaeſtionib. & *Jubentiana* l. 27. De legatis III. quae παράγωγα ſunt iſtius nominis. Et tamen l. 18. De jure codicill. recte eſt *Juventius Celſus*: nec ſcio an uſquam alibi. Ceterum de re ipſa, hoc eſt, de duplici illo conſulatu vide etiam Pancirol. variar. lect. lib. II. c. 25. & Bertrand. in P. Juventio Celſo.

Ad Orthographiam quoque pertinet, quod in l. I. De reb. eor. qui ſub tut. vel cu. eſt *Tertyllo & Clemente conſulibus*, & vulgo, *ſenatuſconſultum Tertyllianum*, utrumque cum Y pro V. quae elementa ſimiliter in venerando Pandectarum archetypo frequenter alternant. *Tertylli* nomen (verba rurſus ſunt Ant. Auguſtini in notis laud.) male editum eſt Florentiae. nam *Tertullus* Latinum nomen eſt a *ter-*

tio deductum, ut *Tertulla* a *tertia*, & *pullus* a *puero*, & a *Tertullus Tertullianus dicitur* & *S.C. Tertullianum*. ita vir doctissimus. Sed recte scriptum est in constit. Tanta, quae ante Pand. est § 4. & in l. 28. De legat. III. Praeterea etiam *Flaviae Tertullae* Divus Marcus & Lucius Impp. per Mensorem libertum rescripsisse feruntur l. 57. De ritu nuptiar. Denique in nomine Jurisconsulti v. praevaluit: nam constanter fere *Tertullianus* audit.

Pro *Nummius Albinus* quidam habent *Numius* cum una consonante in medio: eadem, opinor, ratione, qua *numus* aliqui scribunt pro *nummus*. Alii vero *Mummius* reponunt pro *Nummius*, & hunc ipsum eum esse arbitrantur, qui plenius vocatur *M. Mummius Annius Albinus*. Mire haec turbat Contius cum ad verba Ulpiani *Fulvio Aemiliano* & *Nummio Albino consulibus* annotat, An. urb. cond. DCCCCLV. *M. Nummio Caesonio*, *Annio Albino* & *Fulv. Aemiliano* consul. ut notavi in Fastis. Ita Contius. Sed & in Chronologia labitur, cum pro certo habeatur, Albinum cum Aemiliano consulem fuisse anno v. c. DCCCCLVIII.

Occasione *Orphiti* & *Rufi*, quos ex Institutionibus adduxi, illud adjungam, pro altero nomine, salva ratione rectae scripturae substituendum esse *Orfitus* cum F. Ita certe praeit Relandus in his Fastis ad annum Urbis DCCCCI. pag. 10. in fi. *Orfitus*, inquit, scribitur pro *Orphitus* apud veteres: nam prisci Romani ignorabant PH. Sic ibi. Quum autem Romani in historiis suis quaedam nomina habeant aut Graeca aut a Graecis deprompta iisve affinia, quam maxime in illis scribendis titubasse videntur, ut vel ex monumentis eorum tum publicis tum privatis cognitum perspectumque omnibus reor. Forte ergo quidam hoc nomen ab *Orpheus* deri-

derivari aut aliquid cum eo commune habere existimarunt. Sed in Digestis nostris, quae dubio procul a Graecis librariis conscripta sunt, familiaris est haec literarum F. PH. commutatio, etiam in appellativis aliisque ubi nulla ejusmodi suspicio locum obtinet. Ut autem *Orphitus* habent, ita etiam S.C. *Orphitianum*, & quidem semper, tam sub tit. Ad S.C. Tertyll. & Orphit. quam in indice titulorum, qui ante Pandectas collocatur. In altero tamen indice qui est jurisconsultorum operumque eorundem inter Pauli μονόβιβλα est, *Ad S.C. Orfitianum*. Profecto in lapidibus constanter fere *Orfitus* cum F. reperitur, secus ac in scriptis. Ceterum inter Orfitos, quae familia saepius consulatu illustrata est, invenio etiam *Memmium Vitrasium Orfitum* consulem: sed nondum scire licuit ad quae tempora pertineat. vide Gruteri inscript. pag. 438. nu. 1. & Guther. De offic. dom. Aug. lib. 1. c. 17. qui eandem inscriptionem ex parte profert. Videtur autem hic Orfitus ad seriora tempora pertinere ex titulis dignitatum qui adduntur.

Et haec quidem sunt, doctissime Relande, quae mihi Augustini diligentia & accuratio reliqua fecit, quaeve illis ut minime aliena videbantur posse adjici, certe pro otii mei modulo. Non possum tamen quin addam inscriptionem unam aut alteram ex iis quas casu magis quam data opera in Italia collegi, in qua videlicet Consulum fit mentio. Prima est ex Pyrrho Ligorio, in dictione *Alfia*, quam solum ex parte descripsi.

DIS MANIBVS SACRUM.

ALFIAE L. L. OLYMPVSAE MATRI PIISSIMAE

postea

* *

FECERVNT

Q. AL-

Q. ALFIVS L. L. AEPYTVS CARPENTARIVS
S. ALFIVS L. L. CALLIPPVS AGITATOR
FACTION. RVSSATAE

ad finem

IIII. ID. MART. IMP. CAES. M. AVRELIO
ALEXANDRO SEVERO PIO. AVG. II. ET
C. MARCELLO QVINTILIANO COSS.

Deſcripſi autem Romae in bibliotheca Otoboniana, ubi aliquot volumina iſtius operis aſſervantur, quae, ut ferunt, Chriſtina Suecorum quondam Regina, literarum amantiſſima Princeps, ex autographo Taurinenſi delineari curavit. Plures vero inſcriptiones ex iis deſcripſeram, in quibus adjecti ſunt Conſules, ſed eaſdem a Grutero & Reineſio occupatas eſſe deprehendi. Ceterum quod ad hanc attinet, pro *C. Marcello Quintiliano* in Faſtis Almelovenianis eſt *C. Quinctilio Marcello*, ſed lapis quem allegat habet tantum IMPER. SEVERO AVG. ALEX. ITER. ET MARCELLO.

Aliam inſignem inſcriptionem perbenevole mihi exhibere dignatus eſt vir Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Leo Strozza, depromptam ex lamina aerea recurva, eaque paulo craſſiore, tamquam columnae fuiſſet inſerta potius quam affixa. Hanc autem ſervat in exquiſitiſſimo ſuo Muſeo, in quo delibaſſe videtur quicquid aut natura aut ars aut ipſa etiam antiquitas praecipuum habet, idemque mihi copiam fecit conferendi prototypi. Eſt illa ejuſmodi

DD. NN. CRISPO ET CONSTANTINO
IVNIORE NOBILISSIMIS CAESSIT COSS
III. NON ..EX...L ORDO M DIDI

TA-

TANORVM HOSPITIVM AMICITIAMQVE
FECIT CUM Q. ARADIO VAL PROCV
LO V. C. ET IPSVM LIBEROS POSTEROSQVE
EIVS SIBI LIBERIS POSTERISQVE SVIS
PATRONVM COOPTAVIT
Q. ARADIVS VAL. PROCVLVS V. C. PRAE
SES PP. HOSPITIVM AMICITIAM
QVE FECIT CVM ORDINEM DIDI
TANORVM IPSOS LIBEROS POSTEROS
QVE EORVM SIBI LIBERISQVE SVIS.
IN EIDEM CLIENTELAMQVE SVAM
POSTERORVMQVE SVORVM RECEPIT
AGENTE ORDINE.

Manifesto autem quadratarii sive sculptoris vitio hic positum CAESSIT. pro CAESS. IT. *Caesaribus iterum*: CVM ORDINEM pro CVM ORDINE : IN EIDEM pro IN FIDEM. Quod ea re notavi, ut constet tanto justius dubitari an non pro τοῖς ORDO M DIDITANORVM poni debuerit ORDO AM DIDITANORVM, hoc est, *ordo amplissimus Diditanorum*: nisi forte τὸ M DIDITANORVM notet *municipii Diditanorum:* ad quam sententiam propensior sum. Atque ita pro CVM ORDINEM DIDITANORVM legi poterit CVM. ORDINE. M. DIDITANORVM, hoc est, *cum ordine municipii Diditanorum*. Non pigebit, opinor, aliam Amplissimi Cuperi observationem suis ipsius verbis intelligere. Scribit vir insignis, cujus amicitiam commerciumque literarium summo honori mihi duco, „ Multum autem, imo plurimum, „ tibi debeo, quod mecum communicaveris pul- „ chram illam inscriptionem ex Museo Stroziano, cui

„ cui ſimilem, uti noſti, edidit Gruterus I. CCCLXII.
„ in qua praeſes ille appellatur *Q. Aradius Rufinus*
„ *Valerius Proculus*, ejuſque filium fuiſſe *L. Ara-*
„ *dium Valer. Proculum*, memoratum in inſcr. I.
„ CCCLXI., ſcribit Reineſius ad inſcr. CXXII. claſſis
„ VI. *Quintus* autem in modo laudata aliiſque non-
„ nullis inſcriptionibus dicitur fuiſſe *praeſes provinciae*
„ *Byzacenae*, quae dignitas ſi in tuo illo lapide me-
„ moratur, utique ſcribendum foret PRAESES *P.*
„ *Byzacenae*. Scio duplex PP. illud aliter etiam poſ-
„ ſe exponi, ſed cum *praeſidi* ſemper fere jungatur
„ regio cujus quis *praeſes* eſt, ego putavi his de ſi-
„ glis amplius inquirendum eſſe. *Municipium Didi-*
„ *tanorum* alibi mihi lectum non eſt, & inde fit,
„ ut magni aeſtimem hanc inſcriptionem & benefi-
„ cium tuum, quod mihi eandem tranſmiſeris. Ha-
ctenus vir Ampliſſ. Sed haec velut ἐν παρόδῳ.

Tertia reſtat inſcriptio, quae itidem ſingularis & conſpicua eſt, reperta Romae prope caſtrum Praetorium & aggerem Servii, anno demum MDCCX. ſervaturque in muſeo Clariſſ. viri, Marci Antonii Sabbatini.

PRO S. IMP. M. ANTONI. GORDIANI. PII.
FELICIS. AVG. ET TRANQVILLINAE SABI-
NAE. AVG. VENATORES. IMMVN. CVM. CV-
STODE. VIVARI. PONT. VERVS. MIL. COH.
VI. PR. CAMPANIVS. VERAX. MIL. COH. VI.
PR. FVSCIVS. CRESCENTIO. ORD. CVSTOS.
VIVARI. COHH. PRAETT. ET. VRBB.
DIANA AVG. D. S. EX V. P.
DEDICATA. XII. KAL. NOV.
IMP. D. N. GORDIANO. AVG. ET. POMPEIANO. CS.

Eam

Eam vero ſua manu delineatam mihi tradidit vir Illuſtriſſ. Paulus Alexander Maffejus, qui natalium ſplendorem egregia literarum & antiquitatis cognitione exornat, & hanc ipſam inſcriptionem diſſertatione vernacula illuſtravit.

Denique non ab re fore arbitror, ſi pro appendice praecedentium ſubjecero praecipuas quaſdam differentias circa diem & conſulem Novellarum Theodoſii, Valentiniani & Majoriani. Contuli enim rubricas earum & inſcriptiones, ſed vel maxime etiam ſubſcriptiones, uſus codice ſat bonae notae ex laudata bibliotheca Eminentiſſimi Otoboni, in quo MS. praeter eas novellas, quas Jac. Gothofredus poſt Codicem Theodoſianum edidit, quinque alias conſtitutiones ineditas reperi ac deſcripſi. Inſcribitur is MS. *Codex Theodoſianus:* & poſtea, *Lex Romana:* videturque exaratus circa annum M. a. Chriſto nato. Relatus autem eſt in indice ſplendidiſſimae illius bibliothecae ſub litera S. X. 20. Sunt porro novellae conſtitutiones ipſique tituli in eo codice alio prorſus ordine collocati, quam a Gothofredo exhibentur, habita potiſſimum temporis ratione. Verum de ordine non multum laborabimus, uti nec cetera nos in praeſentia detinebunt, quae minus ad rem pertinent. Interea ſeriem Conſulum ſervabimus, ut mos eſt Romanis in re hiſtorica. Primum ergo par Conſulum ſit

A. Ch.

438. THEODOSIVS A. XVI. ET FAVSTVS.

Videlicet non ſunt novellae Theodoſii, quae adſcendant ſupra hos conſules, quippe quibus ipſe Codex Theodoſianus promulgatus eſt. Adeatur ea de re, eſt enim controverſa, vir ſummus Jac. Gothofredus in Prolegom. ad eum Cod. cap. I. ſect. II. nu. 3. immo paucae his con-

ſulibus

438. ſulibus datae ſunt novellae. Vitioſa itaque eſt ſubſcriptio apud Goth. tit. 1. nov. un. De Theodoſiani Codicis auctoritate.

Theodoſio A. XV. *& qui fuerit nuntiatus.*

Fuit autem Imp. Theodoſius XV. conſul cum Valentiniano IV. anno Ch. 435. Melius adeo MS. Otobon.

Theodoſio A. XVI. *conſ.*

Neque aliud voluit Goth. loco laud. Praeter Conſulem vero etiam circa diem differt cod. Otob. ab eo quo Goth. eſt uſus. In hoc eſt, *Dat.* XV. *Kal. Martii*, in illo autem, *Dat. prd. Kl. Febr.* Eſt porro & altera novella apud Gothof. quae

Theodoſio A. XV. *coſſ.*

ſubſcribitur, puta tit. 4., verum ſi recte habet cod. Otob., illa ad ſequentem annum referenda eſt, cum ibi ſcribatur

Theod. Aug. XVII. *conſ.*

Ceterum inter paucas illas, quae hunc conſulatum referunt, eſt etiam inedita Theodoſii novella, tit. 16. De poſtulando & perpetuanda advocatione. Habet illa,

Theodoſio Aug. XVI. *conſ.*

Et tamen videtur & haec potius ad proximum annum pertinere, ob eam, quae praecedit, quaeque item apud Goth. eſt, & manifeſte eo referri debet. Data autem haec nov. ἀνέκδοτος, XIIII. *Kl. Maj. Conſt.* eademque inſcripta eſt ID. AA. (hoc eſt, Impp. Theodoſius & Valentinianus) *Florentio Propoſito.* credo legendum *PPo.* ut paſſim eſt in aliis inſcriptionibus, h. e. Praefecto Praetorio; aut, ſi mavis, *PP. O*, Praefecto Praetorio Orientis, ut diſerte habet nov.

A. Ch.

438. nov. antecedens.' De alia vero inedita, quae huc revera pertinet, jam videbimus.

439. THEODOSIVS A. XVII. & FESTVS

His consulibus prodiere pleraeque Theodosii novae constitutiones. In genere autem observandum est, misceri saepius *Festi* & *Fausti* consulatum cum eo qui fuit *Theodosii* XVI. & XVII. Sed e Fastis atque iis novellis, de quibus nemini dubium est, patet ubique restituendum,

Theodosio A. XVI. *&* *Fausto coss.*

nec non

Theodosio XVII. *&* *Festo coss.*

Ut alias mittam, quarum exempla ad manum sunt apud Goth. Ex ineditis quas descripsi est novella inter Valentinianeas relata tit. 8. De indulgentiis reliquorum, quae habet,

Theodosio A. XVII. *&* *Fausto v. c. cons.*

Dat. autem est VII. *Id. Jul. Ravennae.* & inscripta, *Impp. Theodo. & Valent. AA. Fausto PPo.* Rescribo, *Florentio PPo.* Constat enim Florentium hisce temporibus Praefectum Praetorio fuisse. In quibusdam novellis porro solus Imperatoris consulatus subjicitur, omisso altero, quod itidem varie obtinet in utroque exemplari. Praeterea ubi consules conveniunt, saepe in die discrimen est: qua in parte illud monitum volo, me differentiam unius aut alterius diei non notare ne longior sim. Puto autem in his confundi potuisse diem quo *accepta* fuit novella constitutio, aut *proposita*, cum die quo *data* est. Interdum vero & hi dies singulatim adduntur; sed hoc non est ordinarium, maxime in cod. Otob. Discrimen igitur diei satis

A. Ch.

439. notabile eſt in ſequentibus. Nov. unica tit. 8. apud Gothofredum habet, *Dat. pridie id. Sept*; at in MS. Otob. *Dat.* XIII. *Kl. Aug*. Tit. 12. nov. 2. *Dat.* VI. *id. Jun.*: in MS. Otob. *Dat.* VI. *id Jul.* Tit. 14. Nov. 1. *Dat.* XIIII. *Kal. Maj.*; in cod. Otob. *Dat.* XIII. *Kl. Febr.* Atque hae tamen in Conſulibus non diſcrepant. Tit. 16. nov. un. in MS. Otob. eſt,

Theodoſio & Aug. XVII. *conſ.*

vitio ſic ſatis manifeſto. Apud Gothofr. eſt

Conſ. ſupraſcript.

hoc eſt Theodoſio A. XVII. & Feſto. Tit. 32. nov. un. apud eundem eſt

Theod. A. conſ.

at ſupplendum e MS. Otoboniano

Theod. A. XVII. *conſ.*

Tit. 38. nov. un. ſubſcriptio habet

Theod. A. XV. *& Feſto* V. C. *coſſ.*

ſed recte eſt in MS. Otob. Differunt inſuper in die: nam apud Goth. habetur, *Dat.* V. *Kal. April.* in MS. autem Otob. *Dat.* V. *Kal. Sepb.* Tit. 44. nov. un. eſt, *Propoſita* XIIII. *Kal. Nov.* at in cod. Otob. *Dat.* XIII. *Kal. Nov.* quod ob ea quae monui, notari velim. Praeterea additur altera conſtitutio, quae non eſt apud Gothofr. de qua ad annum 444. Ad hunc vero ſpectant duae aliae ineditae, altera ſub tit. 16. De poſtulando & perpetuanda advocat. de qua jam actum ad annum ſuperiorem; altera ſub tit. 8. Ne curialis (ſic enim in hoc MS. pro, Ne decurio) ad Senatoriam dignitatem, vel ad aliquem honorem adſpiret. Haec autem prorſus hiſtorica eſt & elegans. Subſcriptio-

A. Ch.

439. ptionem habet ejuſmodi, *Dat.* XIII. *Kal. Aug. Theod.* A. XVII. *con.* inſcripta autem eſt, Id. (h. e. Impp. Theodoſ. & Valentin.) *Zoilo PPo.*

440. VALENTINIANVS A. V. & ANATOLIVS

Tit. 14. nov. 2. in MS. Otobon. eſt

Valentin. Au. & Anatolio.

Videlicet A. V. Auguſto quintum, coäluit in *Au.* Hinc factum ut numerus alibi quoque in hujuſmodi novellis exciderit poſt *A.*, *Au.* & *Aug.* Ita vel apud Goth. tit. 19. nov. 1.

Valentiniano. A. & Anatolio V. C. *conſ.*

pro quo in Otoboniano.

Valentin. V. *& Anatolio conſul.*

Porro in eadem nonnulla de die diſſenſio eſt. Quae apud Goth. extat, Data legitur V. *id. Jan.*, quae vero in cod. Otob. V. *id. Jun.* Tituli ſequentis nov. un. non habet conſules in Otob., ſed eam huc referendam eſſe apparet e cod. quem Goth. deſcripſit. Ad haec diſcrimen eſt in loco, ubi novella data: nam apud Goth. habetur, *Romae*, in MS. Otob. *Rav.* hoc eſt, Ravennae. Rurſum d. tit. 19. nov. 2. apud Gothofredum eſt

Poſt conſulatum Valentiniani A.

Nihil praeterea. ſed rectius in MS. Otobon.

P.C. Valentiniani A. V. & Anatolio V. C. *coſſ.*

Legerem tamen *Anatolii.* Pejus adhuc apud Gothofr. tit 21.

Poſt conſulatum Valentiniano A. & Anatolio coſſ.

ubi item mendoſe in Otob.

440. *P. C. Valent. Aug. & Anatolio V. C. conſ.*
Denuo apud Goth. tit. 42. nov. 1. habetur
Valentiniano A. Anatolio V. C. coſſ.
ubi recte cod. Otob. Alia ratione corruptae ſunt notae A. V. tit. 10. nov. un. in Otobon.
Valent. XV. *& Anatol. V. C. conſ.*
item apud Gothofr. tit. 39. nov. un.
Valentiniano R. V. & Anatolio V. C. coſſ.
ubi MS. Otob. itidem mendoſe *Aug.* pro A. V.

441. CYRVS ſine collega.

Titulo 29. nov. un. nihil eſt aliud apud Goth. quam
V. C. conſ.
pro eo autem in cod. Otob. conſpicitur
Ciro V. C. conſ.
Ad eundem Cyrum atque hunc ejus conſulatum pertinet inſcriptio laudatae in proxime antecedentibus nov. un. tit. x. *Impp. Theod. & Valent. AA. Cyro PF. P. & conſuli deſignato.* Data nimirum eſt, Valentiniano A. V. & Anatolio coſſ. Quoniam autem nov. un. tituli. 10. nov. 2. & 3. tit. 14. quae & ipſae *Cyro PF. P.* ſcriptae inveniuntur, aeque datae ſunt Valentiniano V. & Anatolio coſſ. putem hinc conſtituendum, ad quos conſules pertineat nov. 3. tit. 12. quae in utroque cod. *Cyro* inſcribitur, ſubſcriptionem vero hiulcam habet & imperfectam. Videlicet apud Goth. eſt, *Dat.* VI. *Kal. Jul. Conſtantinopoli C*.* & in cod. Otobon. *Dat.* VII. *Kl. Jul. Conſtan. V. C. conſ.* Denique idem, ni fallor, Cyrus tit. 18. nov. un. *Impp. Theod. & Valent. AA. Cyro & Alyppio PF. P. PM.*
pro

A. Ch.

441\. pro quo tamen in MS. nihil eſt praeter *Ciro PPo.*

442\. EVDOXIVS & DIOSCORVS.

Hiſce conſulibus apud Goth. data legitur nov. 2. tit. 11. quae in cod. Otob. perquam vitioſe ſubſcripta eſt,

Dioſcoro & *Theodoſio CS.*

Illud vero monſtrum lectionis eſt, quod habetur in eodem cod. tit. 42. nov. 2.

Epolitidio Scoro & Eudoxio VV. CC. conſ.

Confuſum autem eſt nomen loci, ubi data haec nov. cum ipſis conſulibus. Reſcribe igitur e Gothofr. exigua mutatione,

Spoleti. Dioſcoro & Eudoxio &c.

Ceterum hic Eudoxius Valentiniano A. v. & Anatolio coſſ. Comes rerum privatarum videtur fuiſſe. Profecto nov. un. tit. 28. inſcribitur, *Impp. Theod. & Valent. AA. Eudoxio Com. R. P.*

443\. MAXIMVS II. & PATERNVS

Complures novellae hos conſules ſubſcriptos habent: ſed pro *Paterno*, quod miror, ubivis conſtanter *Paterio* legitur, tam apud Goth. quam in cod. Otob. niſi forte quod tit. 11. nov. 1. apud laud. Gothofr. eſt,

Maximo II. *& Paterno V. C. conſ.*

Praeter illud autem alio quoque vitio laborat nov. un. tit. 22. apud eundem,

Maximo II. *& Paterio* v. *coſſ.*

pro *Paterno V. C. coſſ.* Ad haec deeſt ibi nomen urbis, ubi nov. data eſt, cum in Otob. MS. habeatur *Rav.* hoc eſt Ravennae. Porro

443. ex eo MS. optime restituitur nomen loci tit. 30. nov.un. quae iisdem Consulibus insignitur. Corrupte enim Gothofr. *Frodosiadae*, pro *Afrodisiade*, ut est in MS. nostro. Eo amplius, dies ibi differt. Gothofr. habet *Dat.* II. *Kalend. Jul.* at MS. Otob. *Dat.* XI. *Kl. Jun.* Rursum nov. 2. tit. 41. apud Goth. data dicitur *prid. id. Jul.* sed in MS. illo *Kl. Jun.* Adde tit. 45. nov. un. quae subscribitur apud Gothof. *Dat.* III. *id Mart. Rom.* Verum in cod. Otob. *Dat.* XIII. *Kal. Nov. Rav.* quod plurimum discrepat. Conveniunt tamen in eundem consulatum.

Ceterum alter horum consulum, Paternum indigito, anno proximo Praefectus Praetorio fuerat, si quidem ut probabile est idem sit, qui indicatur in inscriptione nov. 2. tit. 42. Alter autem variis consulibus, praesertim Valentiniano A.V. & Anatolio, item Valentiniano VI. & Numo coss. cum hoc tamen discrimine, ut posterioribus, quando jam ipse consul fuerat, vocetur *PF. P. & Patritius*: quemadmodum & in aliis hoc tempore videtur obtinuisse. De Maximo adi inscriptiones novellarum tit. 21. 38. 39. 42. & inter Valentinianeas tit. 3. Qua occasione obiter emendandae sunt inscriptiones sequentium novellarum. Videlicet nov. un. d. tit. 38. ubi in cod. Otob. est, *ad Maximum VPPo.* item d. tit. 39. quae apud Goth. exhibetur, *Maximo PF. P.* II. ut & tit. 3. novellarum Valentiniani, *Maximo Patricio.* Rescribendum igitur in hisce, *ad Maximum* II. *PPo.*, *Maximo* II. *PF. P.*, *Maximo* II. *PF. P. & Patricio.* Denique inter ineditas codicis Otoboniani tit. 7. Va-

A. Ch.

Valentiniancarum duae ſunt quarum poſterior inſcribitur, *ad Maſſimum VPPo.*

443.

444. THEODOSIVS A. XVIII. & ALBINVS.

Huc ſpectare videtur nov. I. tit. 14. quae ſubſcribitur

Theodoſio A. XVIII. *conſ.*

At in cod. Otobon. eſt

Theodoſio A. XVII. *conſ.*

atque haec quidem deſignatio longe probabilior eſt, tum propter ordinem titulorum in cod. Otob. in quo, ut dixi, non tam materiarum quam temporis ratio eſt habita, & ubi haec novella poſita eſt inter eas, quae datae ſunt Theodoſio A. XVII. & Feſto coſſ.; tum vero in primis, quod Florentius, cui haec nov. inſcribitur, iisdem conſulibus Praefectus Praetorio fuit. Conſtat id ex titt. 3. 5. 7. 9. 12. (nov. I.) 15. 16. & 17. neque poſt laudatos coſſ. in inſcriptionibus invenitur. Adeoque illa novella haud dubie ad annum 439. referenda eſt.

Vitioſa quoque eſt nov. un. tit. 33., quod ad ſubſcriptionem. Ita enim Gothofr.

Theod. & Albino XIX. *V. C. coſſ.*

Sed res manifeſta eſt; recteque MS. Otob.

Theod. A. XVIII. *& Albino V. C. conſ.*

At vero Valentiniani novellarum prima in utroque cod. perperam habet. Apud Gothofr. eſt

D. Theodoſio A. XVII. *& Albino V. C. coſſ.*

in MS. autem Otobon.

Theod. Aug. VIII. *& Albino V. C. conſ.*

Ad eundem hunc annum pertinet inedita novella ſub tit. De competitionibus, qui apud Go-

 thofr.

A. Ch

444. thofr. ordine eſt 44. Integra ſubſcriptio hoc modo concepta eſt, *Dat.* x. *Kl. Mai. Conſtan. Theod.* A. XVIII. *conſ.* inſcribitur vero, SD. AA. (quod interpretor Supradicti Auguſti, hoc eſt, Theodoſ. & Valentin.) *Zoilo PPo.*

Hic porro noſter Albinus Praefectus Praetorio per plures annos extitit, ut inſcriptiones nos docent. Ita proximo ante conſulatum anno *PF. P.* dicitur tit. 22., & ſpeciatim *PF. P. Jllyrici* tit. 47. & in Valentinianeis tit. 17. Sed & quatuor aliis, qui hunc ſequuntur, *PF. P.* appellatur, ut tit. 23. & Valentin. 2. item tit. 46. & Valentin. 4. nov. 1. & 2., tum earundem tit. 3. & 6., poſtremo Valentin. tit. 13. Vulgo autem inſcriptiones habent, *Albino* II. *PF. P.* verum ſub Aëtio III. & Symmacho nec non ſequentibus conſulibus adjicitur Patricii titulus. In quibuſdam harum inſcriptionum menda quidem reperiuntur, ſed ejuſmodi, quae ex jam dictis nullo negotio corrigi poſſunt. Unum monendum eſt, ſtare non poſſe inſcriptionem nov. 1. tit. 1. novellarum Valentiniani, quae ad Albinum PF. P. dirigitur: ipſa enim nov. hoc conſule data eſt; ut eo tempore Praefectus Praetorio eſſe nequiverit.

445. VALENTINIANVS A. VI. & NONIVS.

Pro *Nonio* apud Gothofr. ſemper eſt *Numo*, at in MS. Otob., quae ſcriptura ſe magis ad communem accommodat, *Nomo*. Ceterum tit. 24. nov. un. apud Gothofr. tantummodo eſt

Valentiniano A. VI. *conſ.*

pro quo plene in cod. Otobon.

Va-

A. Ch.

445. *Valentin.* A. VI. *& Nomo V. C. conſ.*

Inſuper nec ſatis conveniunt in die: nam apud Gothofr. data eſt ea conſtitutio VIII. *id. Jun.* in MS. autem Otobon. iiſdem idib. *Jul.* Illud ſingulare eſt, quod novellarum Valentiniani tit. 2. nov. un. uterque cod. mendoſe habet

Valentiniano A. VII. &c..

pro VI. Circa diem rurſus differunt manuſcriptus Otobon. & is, quo Gothofr. quondam utebatur. In hoc enim eſt *Dat.* XVIII. *Kal. Maii*, at in illo, *Dat.* VII. *Kal. Mai.*

Hic autem, ni fallor, ſive Numus, ſive Nomus aut Nonius, antea Magiſter officiorum fuit, ut indicant tit. 31. & 32. Unde errorem ſubeſſe arbitramur in MS. Otobon. d. tit. 31. ubi inſcriptio novellae habet, *Ciro Magiſtro officiorum.* Sed vel idcirco, quoniam Cyrus paſſim Praefectus Praetorio fuiſſe legitur, ut ſupra indicatum eſt.

446. AETIVS III. & SYMMACHVS

Minus recte pro iis in MS. Otobon. tit. 46. habetur

&tio III. *& Simacho V. C. conſ.*

Mendoſe etiam apud Gothofr. inter Valentinianeas tit. 4. nov. 2.

Aëtio IV. *& Symmacho VV. CC. conſ.*

Aëtius porro Patricius dicitur in inſcriptione nov. II. Valentin.

447. CALLYPIVS & ARDABVRIVS

Alii ſcribunt *Alypius*, alii vero *Caleppius*, ut eſt apud Almel. in Faſtis. Apud Goth. tit. 27. eſt

A. Ch.

447. *Calipio V. C. conſ.*

inepte autem tit. 42. nov. 3.

Calypio Aug. V. C. conſ.

At novellarum Valentiniani tit. 5. & 6. rectius eſt

Callypio V. C. coſſ.

In MS. Otob. tribus prioribus locis conſtanter legi,

Calepio V. C. conſl.

quarto tandem

Callipio V. C. conſule.

Alterius autem conſulis nomen non additur, niſi tantum apud Gothofr. idque unice laud. tit. 6. cujus novella hoc pacto ſubſcribitur,

Callypio & Ardabure VV. CC. coſ.

Immo tit. 2. novellarum Theodoſii prioris nomen praetermiſſum eſt, ſed ideo, quia nondum erat nuntiatus. Habet quippe ſubſcriptio,

Ardabure V. C. conſ. & qui fuerit nuntiatus.

ibi autem ſimiliter, quod notandum, *Ardabure* dicitur, non *Ardaburio* ut eſt in Faſtis. Obſerva denique ex eod. tit. 2. his conſulibus editum eſſe librum Novellarum D. Theodoſii.

448. POSTVMIANVS & ZENO

Hoc anno D. Theodoſii novellas conſtitutiones confirmavit Valentinianus in novellis ſuis tit. 13. nov. un. Conſules quidem hic recte ſe habent in utroque exemplari, ſed apud Gothofr. Data dicitur *non. Maii*, in MS. autem Otobon. III. *non. Jun.* niſi fortaſſe haec corrupta ſint ex die praecedentis nov. ſub tit. qui apud Gothofr. eſt 6.

PRO-

A. Ch.

449\. PROTOGENES & ASTERIVS.

Asturius est tam in eo cod. quo Gothofr. quam quo ipse sum usus: nimirum tit. 8. & 14. in Valentinianeis. Atque haec scriptura firmatur auctoritate lapidis, quem e Reinesio huc adfert Almelovenius. At priore tit. manifesto errore inquinatum est nomen alterius consulis, apud Gothofr. dum habet

Asturio & Crotogene VV. CC. coss.

Male item in cod. Otobon. *Protogeno:* quemadmodum contrario vitio sub tit. 14. *Protegene.* Postremo priore nov. circa diem erratum est in alterutro cod. nam apud Gothofr. est, *Dat.* XV. *Kal. Jul.* in MS. Otobon. *Dat. Kl. Jul.*

450\. VALENTINIANVS A. VII. & AVIENVS.

Itaque perperam exaratum est in legibus Theodosii, tit. 35.

Valentiniano A. VI. *& Albino*

rectius autem cod. Otobon.

Valent. A. VII. *& Abieno cons.*

Sed & tit. seq. recte est scriptum utrobique

451\. MARCIANVS A. & ADELPHIVS.

Ad hos referenda est nov. un. tit. 9. inter novellas Valentiniani, in cujus subscriptione illud memorabile est, quod solius Adelphii mentio fit, exclusa Imperatoris mentione.

452\. ASPORACIVS & HERCVLANVS.

Pagius, monente Almelovenio, legit *Sporatius.* quae res fecit, ut pro *Storacio PF. V.* quemadmodum est in inscriptione novellae un. tit. 45. ex novellis Theodosii, ambigerem an *Sporacio* substituendum foret, atque hic ipse intelli-

A. Ch.

452. telligeretur. Sed tit. 7. nov. ineditae De indulgentiis reliquorum in contextu constitutionis est itidem Storacii nomen, *Storaci P. K.* hoc est, Praefecte Karissime. Praeterea tit. 16. inter Valentinianeas est *Stauratio PP.* Neque adeo potest in his nominibus quicquam certi definiri. Quin immo laud. tit. 45. in MS. Otobon. est *Albino PPo.* posterior autem ibi penitus desideratur

453. VINCOMALVS & OPILIO

Horum alter Magister officiorum videtur fuisse anno 449. & 450. Argumento mihi est inscriptio nov. un. tit. 35. novellarum Theodosii, & tii. 14. earum quae Valentiniani sunt. Corrupte autem priore nov. MS. Otob. habet *Ofilio* pro *Opilioni.*

454. LEO & MAIORIANVS AA.

Novellarum Majoriani tit. 3. De ritu imperii Divi Majoriani, (lege ex cod. Otobon. De ortu &c.) nov. un. apud Gothofr. est

Majoriano A. I. *cos.*

in MS. autem Otobon.

Dno Majoriano & cons.

In iisdem praeterea novellis tit. 6. Gothofredus edidit

Ipsis AA. *coss.*

MS. vero Otobon.

Dn. Leone & Major. cons.

attamen res eodem redit.

Sed manum de tabula. Symbolam contuli. Si vota mea quid possunt, valebis Vir Clarissime, & , quod unice expeto, me amabis. Dabam Henvlitae e museo prid. Kal. Augusti MDCCXV.

FINIS.

INDEX

nominum rerumque memorabilium in fastis consularibus

PETRI RELANDI.

col-

Elaga-

Avienus

Quin-

Senior,

nomen

Pom-

Theo-

junior

col-

FINIS.

Errata quaedam.

pag. 6. vers. 15. lege, *De JCto Salvio Juliano* &c. pag. 78. post versum 7. insere

FALCONE. ET. CLARO. COSS.

Idem CCIX. 1. &c.

pag. 111. v. 14. lege, *non habet nisi semel*, & mox A. U. C. 1150.

pag. 158. v. 1. lege 978. & 226.